
colorchecker CLASSIC
x·rite
(cm)

Turcica
Diuersorum
17.

1289

XVe s. nº ~~1140.~~

~~nº. 6509~~ 1289

XV 1. n° ~~1149~~

Table des matieres contenues dans ce volume

1.° Christophori Richeri Thorignei de rebus turcarum libri quinque pagina 1.
2.° Commentario delle cose de turchi di Paulo jovio vescovo di Nocera a Carlo quinto imp. aug. pag. 65.
3.° Laudivii equitis ad francicum Baltrandum in Epistolas magni turchi praefatio pag. 108.
4.° Gulielmi Caorsin obsidionis Rhodiae urbis descriptio pag. 131.
5. f. Thomae Guichardi Rhodii oratio super Rhodiorum oppugnatione et deditione pagina 149.
6. f. joan. Quintini Hedui ad sophum insulae Melitae descriptio pagina 161.
7. Sim. Begnii Episcopi de Corvatiae desolatione oratio p. 174.
8. Marini Barletii de obsidione scodrensi conciones variae a Meumethe turcarum principe et ab aliis militiae praefectis compositae pag. 177.
9. Bellum scodrense pagina 249.
10. l'intiero Ragguaglio del Successo di famagosta pagina 260.
11. Relacion de la jornada succedida a los pag. 264.
12. Copia di vna lettera del Sig. Secretario del Illust. signore gio andrea Doria con il vero disegno del Luogo doue è seguita la giornata mista sopra Lepanto. pag. 268.
13. Lettera del Clarissimo S. Girolamo Diedo al illustrissimo sig. marc antonio Barbaro nella quale con ~~fedelmente~~ si descrive la gran battaglia navale pag. 272.

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

14. Alphonsi [illegible] de fœdere et de Victoria contra Turcas brevis enarratio pagina 303.
15. Johannis baptistae Raſarii de Victoria Christianorum ad Echinadas oratio. pagina 314.
16. alla ſacra maestà del'imperatore Rudolfo II. — Relatione di Mons. Giò Maria Tagliaferri intorno la presa di Giavarino con ſue lettere pag. 322.
17. Fedel Relatione mandata dall illuſtriſs. ſig. Balio di Cremona f. Bernardo Vecchietti pagina 332.

# Marini Barletii de obſidione Scodrenſi Ad Sereniſſimũ Leonardũ Lauretanũ Ariſto/cratię Venetæ principem.

## Conciones uarię a Meumethe turcaꝝ prin/cipe & ab aliis militiæ præfectis artificioſe compoſitæ.

b 8 IT. 8. p. 2249.

# TABVLA OPERIS.

In primo libro hæc continentur.

Præfatio operis.

Exordiũ eiuſdẽ:in quo prima turcaꝝ origo/ac Otto/manæ familiæ auctores/eorumq; ſucceſſus/fortunęq; afflatus longa ſerie continentur.

Macedoniæ/Epiriq; deſcriptio/Et quare Meumethes turcaꝝ rex tã ĩfeſtis armis/q̃ aſſiduis præliis & oppugnationibus Epirotas euertẽdos/uel impio ſuo ſubiugandos tãdiu infeſtauerit.

Vrbis Scodrę deſcriptio/diuerſi euẽtus/qui eius pri/mi fundatores fuere/qui ĩ ea(q̃tũ hoĩum memoria extat)ſucceſſiuis tpibꝰ regnarũt/Et de laudibus urbis.

De prima turcaꝝ irruptione in macedonũ & Epirũ: quoꝝ ptãti Croia/Alba græca/& Caſtoriũ ceſſerunt.

De geſtis Balſichioꝝ dominoꝝ/& eoꝝ morte.

In ſecundo libro.

Cur Meumethes truculẽtiſſima rabie ad Scodrã ex/pugnandã ualidiſſimis exercitibus/duriſſimiſq; obſi/dionibus tantopere laborauerit.

Magnus apparatus/ualidiſſimuſq; exercitus Meumethis ad primã Scodræ oppugnationẽ.

Victoria Scodrẽſiũ/fuga/& diſceſſus barbaroꝝ.

Ingens apparatus/& innumeræ Meumethis copiæ ad Scodræ obſidionem.

Primus in urbe tumultus/præparationes Scodrẽſiũ.

Primus aduentus turcaꝝ exercitus/Nomina impatorum/Numerus militum.

Aduentus præfecti Europæ.
Cōmenta|& doli Barbaroꝝ.
Barbari pontem ligneũ q̄maximũ ſuper Bolianam extruxerunt.
Incurſio Barbaroꝝ ad maritima
Præclaꝝ facinus iuuẽtutis Scodrenſis
Aduentus præfecti Aſiæ|& quæ differentia ſit inter Aſiaticos|& Europeos milites.
Pręfectus Aſiæ|ut ſuos ad fortia facta excitaret.
Aduẽtus Ianizarioꝝ militũ:qui de Cohorte|& principis Ottomani familia eſſe dicunt᷑|quales milites ſint|& unde originem trahant.
Verba oratoꝝ|ſiue nuntioꝝ exhortationes|qui a principe Ottomano ad Scodrẽſes deſtinati|ut urbẽ peterent|Et reſponſio Scodrenſium ad illos.
De urbis Croiæ deditione Meumethi principi|& de ſitu|& prima eius fundatione|atq; receptione.
De quibuſdã biremibus:quas turcę in boliana extruxerunt|& de caſtello|& turribus ligneis in ſumitate montis baſſæ e regione urbis:quas pro collocãdis tormẽtis ad muros urbis ſubuertẽdos erexerũt:ſub quo etiã tpe circiter.x.milia cameloꝝ in caſtra bellicis inſtrumentis onerata applicuerunt.
Quo tpe barbari duo maxima tormẽta ad urbis muros euertẽdos deduxerũt|& ad ſex milia aſappoꝝ in caſtra puenerũt|& quales milites Aſappi ſint|& quæ differentia ſit inter Aſappos|& Ianizarios.
Quo tpe barbari tertiũ tormẽtũ appoſuerũt|& cir-

citer duo milia Aſappoꝝ in caſtra peruenerunt.

Q uo tpe cõplures Aſappi in caſtra confluxerunt/Et
ſimul quartũ tormentũ maximũ a barbaris ad mu/
ros urbis deturbandos poſitum fuit.

Q uo tpe octoginta ferme ĩpedimẽta principis meu/
methis in caſtra pręmiſſa ſunt.

Q uo tpe Ottomanus ipſe prĩceps cũ reliquis copiis
ſuis/& apparatu inſigni ad urbis obſidionẽ uenerit.

Deſcriptio loci/& circuli:in quo tabernaculũ & tẽto
ria ipſius principis collocata erũt.

Numerus omniũ copiaꝝ/& exercitus barbaroꝝ:qui
in obſidionem urbis uenerant.

Oratio Bartholemęi fratris ordinis minoꝝ:qua aĩos
ſcodrenſiũ ad pugnã/aliaq; dura/& aduerſa conſtan/
tiſſime perferenda præpararet.

Primus pugnæ apparatus.

Q uo tpe barbari duo alia tormẽta ad mœnia urbis
ſubuertenda deduxerunt.

Q uo tpe barbari aliud maximũ tormẽtũ ad muros
urbis diformandos appoſuerunt:pariterq; tormento
quodã:quod mortariũ uocant:quod pridie ſolo infi/
xerant:globos igneos in urbẽ contorquere cœperunt/
Et quibus ex rebus globi/& maſſę illę cõfectæ erant.

Q uo tpe barbari alia duo maxima tormẽta appoſue
runt:quoꝝ alteꝝ ad muros urbis excindẽdos deduxe
runt.Alteꝝ uero mire magnitudinis ad radices mon
tis urbis deuexerunt ad tecta/& domos ĩ urbe dirruẽ
das/homines opprimendos/& puteos pdendos:quod

quidẽ tormentũ nr̃a ætas mortarium appellat.
Quo tp̃e turcę duo alia craſſiſſima tormẽta ad urbis mœnia ſubuertenda collocarunt.
Quo tp̃e alia quoq; grandis machina & tormentũ a barbaris deuecta eſt: ad muros urbis extirpandos eue lendoſq; & biremes: quas barbari iam abſoluerant: p̃ flumẽ Bolianæ in lacũ remigarunt: quo ſe & caſtra a chriſtianis: qui lacũ incolebant tutarentur.
Quo tp̃e barbari multas baliſtas & Catapultas ſub mœnibus urbis aduerſus oppidanos erexerũt a qui bus ſtatim tormẽtis euerſę atq; diſſipatæ ſunt.
Quo tp̃e pugna: quæ per horã durauit: cũ barbaris cõmiſſa eſt: in qua quidã militũ pręfecti & ciues ceci dere & a tormentis barbaro℞ de medio ſublati ſunt.
Apparatus nõ leuis pugnæ & certaminis quę ad ho ras duas cũ hoſte inita durauit quo etiã tp̃e barbari duodecim minora tormẽta aduerſus oppidanos po ſuerunt: quibus illos cõtinue uexabant.
Supputatio & numerus ictuũ ex oĩbus tormẽtis: qui hactenus ex omni parte urbi inflicti ſunt.
Or̃o prima Ottomani principis ad ſuos pro uictoria.
Primus hoſtiũ cõflictus & prœliũ: generale fuga bar baro℞ numerus interfecto℞ ex utraq; parte.
Deſcriptio cuiuſdã loci urbi cõtigui & adhærẽtis: qui rota dicit̃ & cuniculi cuiuſdã ſiue foſſæ ſubterraneę: a q̃ barbari tormẽtis xp̃iano℞ acerrime exagitabant̃.
Or̃o ſecũda Meumethis prĩcipis ad ſuos p̃ uictoria.
Secundæ pugnæ apparatus.

Hymnꝰ Bartholemęi fr̄is ad deū ꝑ uictoria exorāda.
Tertius pugnæ apparatus/& anceps uictoria.
Iacobi monetæ oratio.
Secundus/tertiuſq; hoſtium cōflictus.

In tertio libro.

Meumethes aduocata omniū ſuoꝝ cōcione: noua pū
gna urbē aggredi uelle ꝓpoſuit.
Cui ab omnibus reclamatum eſt.
Oratio Amathis præfecti caſtroꝝ: q Meumethi prin
cipi longe ꝑſuaſit: Nouā pugnā cū Scodrenſibus am
plius nō eſſe tentandā: ſed urbē potius uallo/& obſi/
dione circūuallādam.
Poſtremus Meumethis prīcipis ab urbe diſceſſus: re/
licto Amate p̄fecto copiaꝝ in urbis obſidione.
Deſcriptio Xabiacchi/& eius deditio.
Expugnatio Driuaſti. Cædes Driuaſtenſium.
Conflagratio Lyſſi/& multoꝝ chriſtianorum occiſio.
Expugnatio inſulæ ſuper drinone.
Edificatio & abſolutio pontis ſup Bolianā/& turriū
ad utrūq; littus iuxta pontē.
Penuria: ac maxima obſoniorum inopia pro cōmuni
oppidanoꝝ uictu: in qua nec a muribus & ſoricibus/
nec a canibus/& aliis quibuſcūq; īmundis/& obſcœ/
nis chriſtiani ſe abſtinuerunt.
Q uo tpe Orator Venetus: qui percuſſo fœdere cum
Ottomano pacē cōpoſuerat: a Bizantio reuerſus/una
cū p̄fecto claſſis cōmuni cōſenſu Veneti ſenatus lr̄as
ad Scodrenſes miſerunt.

Quibus fœdus cũ Meumethe principe ictũ fuiſſe
ſignificarunt/& Scodrã urbẽ Ottomano ceſſiſſe:libe/
rũq; Scodrenſibus eſſe/uel ſub Ottomano degere/uel
abire quocũq; eos uoluntas ferret.

Florii Ionimæ oratio:qua ciuibus ſuis Scodrenſibus
longe perſuaſit:ut collectis ſarcinulis ſuis barbarorũ
Iugũ crudeliſſimũ/tyrãnidẽq; Ottomani effugerent/
& Venetias peterent/ſubq; Veneti ſenatus tutela pari
ter omnes tranquillã traducerent uitam.

Abſceſſus Scodrenſiũ ex urbe/patriaq;.

CVM PRIVILEGIO.

Io. pontanus in libro de [illegible]: [illegible] Turcarum Imperator [illegible] post uictorias ac predas [illegible] [illegible] plurimos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] spectatores [illegible] [illegible]

Franciscus philelphus epistolarum l. 32. ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de perditione chalcidis [illegible] [illegible] chalcidis [illegible] in Thomam Dolphinum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Nicolao [illegible] classis prefecto imposita

Joachimus ubi de Hierosolymis [illegible]. Venetorum [illegible] [illegible] [illegible] plus [illegible] Cyro [illegible] [illegible] [illegible] possidebant [illegible] populorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] urbibus [illegible] imperio [illegible] ablatis plus [illegible] damni [illegible] [illegible] /

~~Platina [illegible] [illegible] [illegible]~~

de Cyro epo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Habuit Ezechias pontificum [illegible] urbem praeter unam [illegible] quam habuit in [illegible]: sed liberationem et eadem in dispendio salutis nostrae consecutum / Sed Ezechiae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] violasse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est / [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in Saracenos et [illegible] [illegible] [illegible] / [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] pax [illegible] / quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aliquoties [illegible] [illegible] / [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] christianorum [illegible] [illegible] [illegible] illo belligerantur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Cyrus ille Alexandrinus urbis sub Heraclio [illegible] [illegible] qui / [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Aegypto Saracenos [illegible] / [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Heraclii ope / [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] / [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible]: [illegible] [illegible] [illegible] aliquot [illegible] [illegible] / [illegible] conditione accepta toto [illegible] [illegible] Aegypto abstinuit / Demum relatus apud Heraclium Cyrus, ut qui Aegypti opes in hostes transferret / [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quo tributa negante, continuo Aegyptum Saraceni occupat. Imperator [illegible] [illegible]: Cyrum [illegible] oratum Saracenos ut [illegible] [illegible] [illegible] annuum [illegible] dedisse tributum accipere [illegible] / Tum quidam ex Sarracenis [illegible] [illegible] columnam digito ostentans, [illegible] inquit / Cyro fieri posse ut hanc columnam [illegible] / quo fieri posse negante / Tum, inquit ille, [illegible] est facta ut [illegible] nos Aegypto [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] hosti [illegible] [illegible] [illegible] christianismi [illegible] est / [illegible] [illegible] [illegible] profuit [illegible]. Haec Joachimus Vadianus in sua Cosmographia ubi de templo Hierosolymitano perscribit.

# MARINI BARLETII SCODRENSIS SA/cerdotis Ad Sereniſſimũ Principem Leonardum Lauretanũ Venetę Ariſtocratię Ducem Illuſtriſſi/mũ/Eiuſq; Sanctiſſimũ Senatum De Obſidione Scodrenſi Liber Primus.

## PRAEFATIO.

CONSVEVERE Mortales Leonarde Lauretane Princeps Illuſtriſſime/Siquid pręter reꝝ ordinem inter humanas uitę actiones aſperum/durũ/ miſerabile contigiſſet: Quod tum ad detegendã hominum fragilitatẽ/tum ad mouendos ad cõmiſerationẽ alterius in alterum animos facere uideretur: illud non ſolum miſerabili quadã admiratione ꝓſequi/ſed litterarum etiam monumẽtis commendare. Nam ſi/ut pręclare docent ſtoici/ſęculi huius fragilem/fluxamq; conditionẽ conſiderantibus/id primũ occurrit mortalibus/ſolum ea de cauſa proprias eſſe aduerſitates;ut ab ĩmortalibus hoc tantũ ſe intereſſe cognoſcãt: quod illis ꝑpetuæ ſunt fœlicitates/homini autẽ nihil poteſt eſſe perpetuũ/firmũ/ſtabile. Homines deinde hominũ cauſa tantũ eſſe generatos/ ut alter alteri ſubuenire poſſit:ac in eo/ quod licet proprium ſit/luctu tamen ſæpius/& mœrore conficere ſolet/conſolari quandoq;:opem etiam nõnunq̃ ſubminiſtrare. Laudabilis quidẽ/ atq; perutilis fuit illorum conſuetudo/ex qua quod ad pręſentia tempora perti

nebat/ inducerentur animi ad eorũ calamitates/ non deplorandas ſolũ/ſed etiã leuandas: quoꝝ aduerſam mirarentur fortunã/in poſteros autẽ teſtatũ primum linqueretur. Quam potiſſimũ ob cauſam in tantas erũnas deuentũ fuiſſet/ut cæteris cautum foret/ quo moderamine mortaliũ eſſent actiones gubernandæ: nec minus etiã miſeris ſuccurrere diſcerent/ qui eoꝝ caſus nõ ſine dolore legiſſent. Quę omnia bona/ſan cta/probabilia:qum ipſe mecũ conſiderarẽ Sereniſ/ſime Princeps/uenit ſæpius/ ſæpiſſimeq; ante oculos meos miſerabilis illa calamitas/ ſæuiſſima fortuna/ acerbiſſimuſq; ſcodrenſiũ caſus: quo tam diuturno/ & atroci bello/tam longa obſidione/tanta deniq; ſtra ge ĩnocentiſſimus populus afflictus eſt:ut uel hoſtiũ animos ſæuos:& ĩmites ad miſericordiã flectere po/tuerit: Eaq; non ſemel a me depoſcere uidebatur/ ut qui eius patriæ fuerã iam mẽbrũ/ & magna pars. Si cũ duce dardanio apud Andinũ uatẽ hoc nobis dice re licet:Nõ ſinerẽ tantũ facinus ingrato ſilentio abo/leri/ſed litteraꝝ potius monumẽtis quoquo modo ſa crare ſtuderem. Quo & ſparſis per totũ orbem/ꝓfu giſq; ciuibus/exacta ꝑicula malaq; lectitare periucũ/dum eſſet:& cæteris aliqua in eos cõmiſeratiõis ſcin tilla ſuboriretur:quæ poſſet aliquando laborantibus benignã opẽ apud clæmentiſſimos ꝓcipue principes implorare. Aſt ego qum primũ & Stoici hoĩs & bo/ni ciuis officium ad calculũ reducerẽ: diuq; hæſita/bundus ex una parte penſitarẽ/quantũ humana pri/

mum apud me conditio ualeret|quãtũq; deinde pa/
tria poſſet:cui iure meritoq; omnes ad ſanguinẽ etiã
uſq; debiti ſunt ciues: non poterã requiſitã a me ꝓ/
uinciam ſatis honeſte negare. Cõtra quũ Horatianũ
illud occurreret| quod noſtris humeris æquã nos ma
teriam ſumere hortatur:ne Helimonis poetæ ſuppli
cio digni uideamur:ſi factis ſcripta nõ reſpõderint|
qum meo ꝑcipue longe impar ingenio munus ani/
maduerterẽ| neſciebã quid agerẽ| quo me uerterem:
quã ue in partẽ potiſſimũ tẽderẽ| Hinc.n.impietatis
crimine dãnari uerebar|ſi poſtulanti patriæ quod iu/
ſtum| honeſtumq; fuerat denegaſſem| inde temeri/
tatis inſimulari|ſi rem tã pręclarã adorſus|& quæ lon
ge me doctiorẽ ſcriptorẽ depoſcere uideretur:auda/
culo quodã ĩpetu aggreſſus in medio ipſo curſu de/
ficerẽ. Turpiuſq; (ut Fauorinus aiebat) mihi foret|
& illi frigide laudare| q̃ acriter inſectari. Accedebat
& illud:ꝙ qum apud tantũ principẽ| & Senatũ ꝑſtã
tiſſimũ hæc mihi res agẽda eſſet:Quoꝝ utrũq; ſcio|
nil niſi perpolitũ ingenio|elaboratũ induſtria requi/
rere.Et ego pręcipue|qui q̃ exiguũ foret ingeniũ me
um|aut nulla penitus uerboꝝ facũdia|aut ſnĩaꝝ gra
uitate præditũ|ſed incultũ potius|aridũ|atq; ieiunũ|
& ꝓbe ſcirẽ| & ingenue etiã confiterer. Si.n.cæteris
in rebus ſcribendis|in hiſtorica pręcipue eſt uarieta/
te difficillimũ|ubi & diuerſi reꝝ euẽtus| exceſſus di/
ſpares|ac uarię hominũ fortunæ|uario quoq; ſtilo de
ſcribendæ ſunt:ita ut inquies ſcribentis animus ope

paſcatur:& nõ minus legentium animi delectentur.
Quæ omnia ſi in mea quæſita fuerint officina/leuia quidẽ/ac tenuia reperientur: unde fit/ut tãti muneris põdere grauatus/q̃nq; ſilẽdum mihi ſatius duxerim/ q̃ inculto quopiã apparatu legentiũ auribus officiẽ/dum.Sed qa occurrit ex altera parte non ſumma ſolũ calamitas/qua tã chara mihi patria affecta eſt/ſed admirabilis etiã fides/ quã ſemp̃ in extremo etiã quocunq; caſu tuo impio fideliſſimus populus ſcodrenſis ad ultimũ etiã ſanguinẽ ſeruauit ſereniſſime Prĩceps.Glorioſiſſima quoq; uictoria/quã cõtra ſæuiſſimã tantoꝝ/totq; barbaroꝝ rabiẽ obtinuit/ quæ omnia nullo penitus pacto ingrato ſunt inuoluenda ſilẽtio/ ſed potius qum oĩbus ſatis poſſunt amplũ ſcribendi argumentũ ſuppeditare:in lucẽ emergere digna ſunt/ſtatui penitus tãto labori/& caput/& humeros ſubmittere:quo & boni q̃nq; ciuis in patriã officiũ exequi uidear/& fideliſſimę ciuitati laudẽ/ & gloriã quærere:ut nõ illi ſolũ apud clęmentiſſimos principes gratiã implorẽ/ſed alias quoq; ciuitates/alioſq; populos tantæ fidei exemplo ad duces ſuos amãdos/ colendos/tutandos promptiores redderẽ:quo a ſuperis primũ demõſtrauero inſperatã fuiſſe fidelibus noſtris ciuibus uictoriam condonatã:quos tanto negocio tot milia barbaroꝝ tãdiu infeſtauerãt/ut nõ amplius miꝝ relinqueretur ſaguntinã quondã obſidionem in hiſpania/uel caſſilinatẽ in italia acerrimũ carthaginenſiũ imperatorẽ fortiſſimũq; Annibalem tã/

tope defatigaſſe:Et demũ nõ ſine premio fuiſſe fide/
les huiuſcemodi animos derelictos/ quibus omnibus
tanta humanitate conſultũ eſt/ Aggrediar igitur cõ/
memorare Illuſtriſſime Princeps obſidionẽ/qua ſco/
drenſes a Meumethe poſtremo turcarum principe
memorabili euentu armis ſunt grauiter fatigati.Pri/
mũ quia ingens/& horrẽda fuit:eoqꝫ proceſſit/ut nõ
prius finẽ ĩuenerit q̃ Macedonia tota/Epirus/ & Dal
matia deuaſtarentur. Deinde quia inſolentiæ/& bar/
baricę ſæuitiæ fortiter occurſum eſt.Veꝝ prius q̃ hu
iuſcemodi rei initiũ faciã/primo de turcarũ origine
repetã:de qua ſcriptores ĩter ſe uarii fuere.Deinceps
ſigillatim noĩa eoꝝ referã/qui a primo auctore in fa
milia ottomana ad hęc uſqꝫ tẽpora imperiũ lõga ſe/
rie tenuerũt:Meumethiſqꝫ principis maiores extite/
rũt. Quo oĩa cognitu clara magis:magiſqꝫ in mani
feſto habeantur.Quod opus tuę Serenitati tanq̃ di/
uino cuidam numini conſecrabo: quæ & mihi ſcri/
benti uelut olim elaborãti in ſuſtinẽdo cœli pondere
feſſoqꝫ Atlanti Herculẽ feciſſe ferunt:benigniſſimas
ſuppetias ferat:Et opus ipſum a maleuolorum mor
ſibus tueatur:quod propriũ tuæ ſerenitatis eſt: quæ
ſemper bonis uiris dulce decus ſummumqꝫ pręſidiũ
fuit:cui me totum cõmendo trado ac dedo. Sed iam
inſtituti noſtri oriatur exordium.

## EXORDIVM.

Pria Tur/carũ ori/go.

DE PRIMA Turcaꝝ origine/inter eos/qui de ea re ſcripſerunt uaria (ut uideo) ẽ ſnía. Nõnulli ſtirpis troianę eos affirmare non dubitãt hac uſi rõne/quod a multis Teucri uocati ſint/hi friuola argumenta/tione fręti facile conuincunť:nulla.n.habent monu/menta fide digna unde hanc opinionẽ mutuati uideri poſſint. Aliis eos gentẽ eſſe ſcythicã placuit fœdã/& truculentã:quæ uitam ageret paꝝ a belluis promiſcuo concubitu/ & uictu differentẽ/omnis exps reli/gionis/auguſto dũtaxat menſe ueluti quędã ſaturnalia celebraret. Hæc impiũ romanoꝝ magis audiuit/ q̃ ſenſit:nulli tributũ unquã ꝑterq̃ Octauio Auguſto dedit:& id quidẽ ſponte:qum ꝓximas regiones an/nua illi tributa pendere audiſſet. Nõnulli quoꝝ mi/hi ſnía uerior uideť eos eẽ aſſerunt/ qui iuxta tanaim incoluerunt/ quorũ Pomponius iis uerbis meminit. Geloni urbẽ ligneã habitant iuxta thiſſagetæ/turcęq; uaſtas ſiluas occupant:alũturq; uenando/ hinc quidã certa quadã locoꝝ ratione adducti turcas/& non turcos/aut teucros dicere maluerunt:hæc gens quo tpe Pipinus apud frãcos regnabat caucaſeas egreſſa portas multos aſiæ populos inuadens/ Halanos primũ deinde colchos/& Armenios/poſtremo Perſas/ & Saracenos qui tum ꝑfidem tenebant/ & agroꝝ direptionibus/& multa mortaliũ ꝑda innumeriſq; cædibus

uexarunt. Cum auaribus quoq; certamine acerrimo turcæ conflixerunt/in quo utrinq; plurimi deſiderati ſunt/Minorē aſiā non intactā reliquerunt/ Pontū/ & Cappadociā omnē depopulati ſunt/Præterea mōtes/ & clauſtra q̄dā oportuna occuparunt/ quoꝝ occaſione/& cōmoditate latronū more clādeſtinis quibuſdā excurſionibus maximas ſibi uires quæſiuere. Quare aſſiduis irruptionibus gens ipſa uſq;adeo aucta eſt: & intantū uiribus creuit/ut æquo marte cū finitimis populis cōtendere de imperii poſſeſſione cœpit. Itaq; per interualla tempoꝝ non ſolum Pontū, Cappadociam/Gallatiā/Bythiniā/Lycaoniā/Piſidiā/Phrygiam/ Pamphiliā/ Cariā/ & omnē minorē Aſiā a Tauro ad orā uſq; Ioniæ/& littora gręci maris occupauit/Non unū ſortita principē/ſed alii alioꝝ ducū auſpicia/ & factiones ſecuti ſunt. Iam triceſimus fere/ ac centeſimus annus agit̄/ex quo Saladinus/ qui & Turca/ & Ottomanus uir magni aīi/ſed nō multaꝝ opū & p̄ui inter priuatos noīs collectitio milite/ & modica manu/ quā per ſeditionē cōpauerat/ nō ſolū chriſtianos uexare/ſed & ſuos infeſtis armis inuadere cœpit: & eos ſub iuga ſua mittere. In hoc ſecūda uſus eſt fortuna: nā dum alii principes diſcordias inter ſe (quod eſt regnantibus/& ciuitatibus uenenū peſſimū) cōſerunt: & ſeſe inuicē mutuis cædibus laniant: Ottomanus interim undiq; collectis/ & accitis: qui rapinarū/ & prædæ cupidi erant/auctoritatē/& nomen magnū breui adeptus eſt. Oppida complura partim ui par/

Ottomanę familię Auctores.

tim deditione in poteſtatẽ ſuam redegit/hac tanta:& tam felici uictoria elatus/tantũ ſibi nomen/& digni/tatẽ peperit:ut & unus omniũ primus ex Ottomana familia incredibili Turcarũ omniũ cõſenſu rex: quẽ illi Amyrã uocãt/creatus fuerit:& ita in animos bar/barorũ influxerit:ut alium ſui generis Amyram/quã Ottomanũ quẽpiã in hãc diẽ patiantur eſſe neminẽ.

Huic Orchanes filius ſucceſſit/qui regnandi cupidi/tate/atq; aĩ magnitudine haud patri diſſimilis/ alios oẽs/qui añ eũ fuerũt/& diſciplina militari/ & copiis/ apparatuq; longe ſupauit.Erat.n.natura liberalis/in/genio leni/moribus facillimis/& ad imperandũ pru/dentiſſimus/adeo/ ut iis artibus animos omniũ ad ſe amandũ alliceret.Ex quo ingentes copias/maximũq; exercitũ undiq; cõparauit : & imperiũ a patre inco/hatũ mirũ immodũ auxit. Poſt quẽ Amurates filius regnauit uir quidẽ aĩ/corporiſq; uirtute/reiq; bellicæ peritia plurimũ pollens: qui & ipſe occaſione oblata dominationẽ a patre relictã in maius prouexit.Nam qum Theodorus Cantacuzenus aduerſus generũ ſuũ Ioãnẽ Palæologũ:quẽ conſtantinopolitano impio de fraudauerat/qum illius regni tutelã gereret/bellũ ſu/ſcepiſſet:Amuratẽ nec renitentẽ in auxiliũ ſuũ uoca uit/hac tamẽ lege/& conditione:ut bello inter eos cõ/fecto/is ad loca ꝓpria unde uenerat/rediret:qui qum ex aſia in græciã per Helleſpontũ tranſiſſet/conſulto bellũ protrahere cæpit/ut & ſocerũ & generũ longin/quo bello exhauſtos/ & eneruatos uiribus/ & penitus

fractos īuaderet:quod barbarus ex ſnīa adeptus/illis oppreſſis Callipolim/ & Cheroneſum primo/ deinde maximā grçciæ partē ſubiugauit/hinc effectū/ut poſtea palā/& audacter cætera omnia īuaderet:& ad ipſum græcorꝶ impiū ſibi uindicandū totis uiribus intēderet/ Sed dum hæc moliret a Miloſſo Cobilichio uiro fortiſſimo myſorꝶ principe ſtrenue obtruncatus eſt. Hic duos reliquit filios/Solmanū/ & Paiazetem: qui ad reliquā patris expeditionem/& regni adminiſtrationē capeſſendā nō minꝰ ætate idonei/ & reꝶ militariū diſciplina/q̄ ingenio/prudētia/ cæteriſqꝫ uirtutibus fuere. At Solmano extīcto res uniuerſa ad Paiazetē deducta eſt:qui magna ui aīi & corporis fuit/corpore quidē ſtrenuus/laboris patiēs/& ſupra q̄ cuiq̄ credibile ſit/ingenio acerrimus/magna ſemper/atqꝫ difficillima appetens/eaqꝫ ad exequēdū/perficiendūqꝫ audax/prōptus/& belli ꝑcupidus/atqꝫ ardēs/ Ocii/ & quietis īpatiens/In ſtratagematis/ & hoſtibus fallēdis callidus/atqꝫ uerſutus/ deniqꝫ in omni re nauādā/& negocio ꝑagendo/uſu/arte/cōſilio/atqꝫ exercitatiōe peritus/atqꝫ impiger/Ad cauendū cautus/atqꝫ prouidus. Præterea fortunæ afflatibus adeo uſus ē: ut breui tpe poſt ſuſceptū īperiū fines ſuos longe/lateqꝫ ꝓpagauerit:nā & totā pene thraciā perdomuit: myſos Theſſalos oppreſſit/In Macedoniā irrupit/ Phocidē/ Boetiā/Atticā occupauit/illyricos/Tribaloſqꝫ aſſiduis excurſionibus/repentiniſqꝫ depopulationibus/ atqꝫ oppugnatiōibus partim euertit/partim ſub iuga ſua

miſit.Byzantiū uero caput/& culmē imperii uniuer
ſo agro uaſtato/atq; direpto ita afflixit: ut de ſalute
ſua ciues ſolliciti partim de deditione cogitarēt/par/
tim ad peregrina/& externa auxilia imploranda per
uniuerſos Italiæ populos/& in ſuperiorē uſq; galliā
confugerent.Quūq; interea Paiazetes res magnas in
aſia/ atq; græcia gereret: omnibuſq; formidini eſſet/
Meſſageta ille Tomyris cognomento Tamberlanus
ex perſide profectus ad occupandā Aſiā magna ma
nu contendebat:Cui Paiazetes ingenti/ ualidoq; exer
citu occurrit:ut fines ſuos tutaretur. Sed fortuna ſui
da/atq; doloſa/cui uel maximę minime credendū eſt/
quæ applaudens ei hucuſq; affulſerat/ quanto altius
illū extulerat/eo fœdius deiecit/atq; proſtrauit: nā in
Armenię finibus certamine uictus/ ducentis milibus
amiſſis captus eſt/& cathenis aureis currui uinctus/a
Tamberlano quaſi triumphante circūuehebatur/qui
tandē dimiſſus nihil memoria dignū egit/mortēq; in
aſia inglorius obiit:cuius filii/qui cōplures erāt/in po
teſtatē græcoꝝ uenere.Nā qum capto patre periculū
euaſuri ex aſia in Thraciā nauigare contenderent/in
naues græcoꝝ inciderūt:a quibus & capti ſunt/Cala
pinus natu maior emiſſus a græcis regnū quaſſatū/
& penē fractū/& uiribus exhauſtū obtinuit.Quo tē
pore Sigiſmundus pānonū rex non uniuerſis copiis
collectis/ nō acie inſtructa danubiū traiiciens ad Ca/
lapinū opprimendū accurrit:quo cū temerario quo/
rundam ſuoꝝ auſu inito prębio infœliciter pugnans

amiſſis caſtris & impedimentis turpiter/ ac fœde fu/
ſus/profligatuſq; eſt:& ipſe uix paruo nauigio danu
bium tranſiens hoſtiles manus euaſit. Qua uictoria
erecti ſunt hoſtiũ aĩ ad maiora/& efferatiores fcti ad
fines xp̃ianoꝝ inuadendos/opprimendoſq; iam inde
intenti fuere.Calapino uero extincto Orchirę filio te
nella ætate Adoleſcentulo quorũdã principũ ductu/
& auſpicio/regnũ/occupare conãti Moyſes patruus
& ipſe a græcis dimiſſus/ĩfeſtis armis occurrit:& ma
gis proditione/q̃ pugna oppreſſum extinxit adoleſcẽ
tẽ.Haud multo poſt & ipſe nullo ſuperſtite filio de/
ceſſit:quẽ meumethes admodũ adoleſcens frater/ ter
tius ex paiazetæ filiis ſubſecutus regnũ citra oẽ do
meſticũ certamẽ obtinuit:qui magnis rebus in Euro
pa geſtis in aſia quoq; cõplures turcaꝝ ui atq; armis
opp̃ſſos regnis exuit.Huic uita functo ſucceſſit amu
rates filius:qui per id temporis in aſia manens/audi/
ta patris morte per Helleſpontũ in Thraciã conatus
traiicere/imperatoris græcoꝝ maritimo apparatu ꝓ/
hibitus ẽ.Et muſtaphas natoꝝ paiazetis reliquus/ ut
reꝝ potiretur/a græcis liberatus/ & ſumma ope adiu
tus eſt/Sed muſtapha pugna ſuperato/ & ĩterempto/
Amurates uictor uniuerſum regnũ obtinuit: Quod
non ſolũ paccatum/trãquillumq; effecit/ac ualide tu
tatus eſt/uerũ magnopere auxit/amplificauitq;/nã &
in græcia Theſſalonicã ciuitatẽ illuſtrẽ/celeberrimã/
q; breui expugnauit.Helidẽ cępit/ĩ illyrico uniuerſo
agro ĩcẽſo/atq; deppl'ato mlta oppida pti ui ſupauit

partim euertit. Iſthmũ corynthiacũ ſũma ui penetra
uit/ Peloponeſum regionẽ tã rebus oĩbus fæcundã/ q̃
munitam magna græco℞ clade expugnauit: Oppi/
da multa in ea cæpit: Prædã maximã ĩde abegit/ quã
militi omnẽ conceſſit/ Clauſtra/ muros oẽs/ qui ei mu
nimento erãt/ ꝑfregit/ atq; diſſipauit/ ut ubicũq; libe/
ret/ copiis peruagari poſſet/ faciliſq; in ea undecunq;
pateret inceſſus/ quo ẽt tp̃e grecis maximã pecuniam
ĩperauit. Hic cũ Vladiſlao pãnonũ rege tota acie cõ
flixit: quo fuſo/ ꝓfligato/ obtrũcatoq; omnes eius co/
pias pene deleuit. In Epi℞ tandẽ irrupit/ qum Croiã
ĩn obſidione poſuit: quã Scanderbegius Epirotarum
prĩceps magna uirtute/ atq; calliditate perpulchre ab
ipſo Amurate extorſerat: qui qum ibi duram/ longã/
q; traxiſſet obſidionẽ: nec rẽ ex aĩ ſnĩa ad optatum fi
nem perduxiſſet/ ſummo dolore confectus diẽ ſuum
obiit. Poſt quẽ Meumethes filius ſucceſſit: qui tot/ &
tanta mala/ atq; damna/ tantã peſtẽ/ tantã perniciẽ/ tã/
tum deniq; exitium xp̃ianæ reipub. intulit. Qui tot
prouincias/ tot urbes/ tot ciuitates/ tot regna/ & ĩperia
ſibi ſubegit: & deniq; uniuerſo orbi timori fuit. Qui
quidẽ poſtq̃ gubernacula/ & totius imperii ſceptrum
ſuſcepit/ ueteres leges abrogauit/ nonas excogitauit/
uectigalia impoſuit/ Copias auxit/ duces/ & ꝓceres de
medio ſuſtulit/ Mox ad conſtantinopolitanã urbẽ op
primendã toto aĩo ſe conuertit ex quo caſtellũ iuxta
littus ad boſſori hoſtiũ non longe ab urbe/ tã caute/
q̃ celeriter extruxit/ muniitq;: bellũq; ſtatim urbi ĩtu/

lit:quã ingenti/ualidoqꝫ exercitu/duraqꝫ obſidione in
Coronę ſpeciem circũcinxit:cui oĩbus bellicis machi
namentis adhibitis/omnifariamqꝫ apparatu tum ter
ra/tũ mari undiqꝫ/eã omni ui/atqꝫ ĩpetu aggreſſus/q̃r
to/& quinquageſimo poſt die expugnauit: ubi quãta
cædes/ & ſtrages promiſcui ſexus/ & ætatis edita ſit/
quot uirgines/& mulieres uiolatę/tẽpla ꝓphanata/cæ
tera flagitia/& ſcelera in contẽptũ/& ludibriũ Ortho
doxæ fidei ꝑpetrata uel uerbis exprimere/uel lachry/
mis proſequi/uel oratione cõplecti qui abũde queriti
eſt nemo.Poſt uero tantæ urbis/& imperii excidium
Peragenuẽſiũ colonia tã opulẽta/q̃ clara/quę e regiõe
conſtantinopolis ſita ſubito/uehementiqꝫ terrore per
culſa ſtatim Meumethi principi ſe in poteſtatẽ dedi
dit qui & muros urbis excindi/ & templa dirui/ atqꝫ
ſpoliari/& hoĩes/ac mulieres/ut iumenta uexari/atqꝫ
in ſeruitutẽ trahi iuſſit.Hic eſt meumethes ille paia/
zetis principis huius/qui nũc reꝝ potitur/pater/uir q
dem magnanimus/fortiſſimuſqꝫ/gloria ĩflãmatus/no
uarũ reꝝ percupide/& ꝓliis aſſuetus/qum maximam
auctoritatẽ/nomen/atqꝫ dignitatẽ apud ſuos adeptus
eſſet:ibiqꝫ ĩnumeras ſibi copias cõquiſiuiſſet/ ſuis au/
ſpiciis dum uiueret/atrocem hanc ferocitatẽ in popu
los/genteſqꝫ ſuas propagans/in eã tandẽ fortunã de/
ſcẽdit/ut breui tepore myſiã/ Thraciã Pelopõneſum/
atqꝫ uniuerſam fere græciã ſubiugauerit.Elatus itaqꝫ
inſolentiſſimus barbarus his ſucceſſibus/tantoqꝫ reꝝ
fortunę afflatu:neſcienſqꝫ ſibi moderari: magna ad/

Macedoniç deſcriptio.

uerſus cæteros xpianos moliri cæpit, magna aio ſuo uoluere, formidanda minari, nephanda appetere, permagna deniqꝫ ſibi, & gẽti ſuę promittere. Progreſſus eſt mox in macedoniã, quæ nũc uernaculo ſermone Albania dicitur quia incolẽtes eã: oẽs fere Epirotica lingua utunt᷑ cuius qũ apud pleroſqꝫ dubius ſit ſitus a ꝓpoſito paꝝ digrediens, eius fines deſcribere conabor. Macedonia. n. teſte Plinio centũ, & quinquagĩta ꝑp̃loꝝ, ac duobus ĩclyta regibus, quondãqꝫ terraꝝ imperio, quę antea dicebat᷑ æmathia. in lyſſum oppidũ terminãs ad Epiroticas gentes in ſolis occaſum extẽditur. Ab oriẽte magneſia, atqꝫ Theſſalia per Strinionẽ fluuiũ ſeptẽ lacubus memorabilẽ, A ſeptentrione peonia, atqꝫ pelagonia ꝓtecta, Ab occidẽte Dalmatia. In cuius ora oppida ſunt ciuiũ romanoꝝ. Rhizimũ, Aſcriuiũ, Butuauiũ, Olchiniũ: quod Priſci Colchiniũ dixere a colchis cõditũ, & Amnis Drino: ſupqꝫ eũ oppidũ romanoꝝ Scodra, a mari decẽ, & nouẽ milibus paſſuũ diſtãs. Ciuitates illuſtres Lyſſum, & Acrolyſſum, & Epidãnũ, quod corcyręi cõdidere: hoc tempore Dirrhachiũ appellatũ, pp inauſpicatum nomẽ, Et Apollonia ciuitas optime ĩſtituta legibus: in cuius finibus locus eſt celeber: quẽ nympheũ uocitãt: teſte ſtrabone: ubi petra ẽ ignẽ uomẽs, & metallũ ſp excreſcẽs: cui fontes ſubſunt, qui aquas tepidas ſtatẽt, atqꝫ ut Poſſidomus refert, terra ẽ bitumine referta: quæ uineis pediculoſis remediũ ꝑbet. Sũt ꝑterea eiuſdẽ populi multi: quoꝝ cauchones in pluribus locis habitã-

tes uiroꝝ ſuoꝝ excellētia ſemꝑ per ſe tenuerūt ipiai a ciuitate uero Apollonia nō longo excurrit egnatia uia orientē uerſus per ſingula milia paſſuū lapideis colūnis diſtinctaiatqꝫ per ſtadia mille ſexcētai& octo ginta protēſa.Hæc eſt illa Macedonia(ut Plinii uer bis utar) quæ quōdā terraꝝ imperio potita eſt. Hæc aſiamiArmeniāiIllyriūiAlbaniāiCappadociāi Syriāi AegyptūiThauꝝiCaucaſum trāſgreſſai Hæc in ba/ ctrisimedisiperſis dominataitoto oriēte poſſeſſo.Hęc ēt Indiæ uictrix per ueſtigia liberi patrisiatqꝫ Hrcu/ lis uagata.Ad hanc tam Inclytāi& magnificāi tamqꝫ mirabilē regionēi& principū ſemper magnanimoꝝ parentēi& altricē animū aduertēs tyrānusieius fines inuadens aſſidue infeſtare cæpit:ratus eā q̄facillime poſſe opprimerei& ſub iuga ſua celerrime ſubmitte rei ſed eū profecto multū opinio fefellit: reſqꝫ longe aliter euenit:nam diu cū Epirotica gente laborauit: Annū ferme triceſimū cū ea in oppugnationibusi & aſſiduis bellis cōſumpſit.Q uā neqꝫ uiineqꝫ ferro per domareiaut ſuperare potuiti Occurrerūt.n. ei reguli omnesi& principes prouincię:qui ſolida inter ſeifir/ maqꝫ amicitiaiatqꝫ perpetua fide obſtrictii atqꝫ deuin cti ſimul erātiCurſitarūt in eū uiri fortiſſimi i & con ſtantiſſimiiacerrime ei reſiſtētesi ex quo Barbarus rē difficiliorem:& ſupraq̄ arbitratus fueratinactusimi/ nus tutei& nō ſine maxima ſuoꝝ cæde prouinciā in trarei & Macedoniæ orā uexare poterat.Poſt pluri/ mū uero temporis ſiue reꝝ hūanaꝝ curſui & uarieta

te/ ſiue cæleſtium prȩmiſſu aliter de rebus humanis/
& de hoc imperio ꝑſcribētiū/reguli oēs/ quoꝝ quiſq;
terminos ſuos facillime tutari poterat/ex hūanis ſub/
lati ſunt/ita forte ſceleribus noſtris expoſcentibus/ꝓ
quibus iure affligimur/ meritaſq; perſoluimus pen/
nas/tunc nepharius hoſtis acrius regnū undiq; inua/
dere/atq; opprimere cæpit:& ipſum deinde audacius
ingreſſus frequentius dirripere/atq; incēdio dare au/
ſus eſt. Poſtremo igitur ſuccedēs in imperiū is Meu
methes princeps:qui poſt Byzātii nobiliſſimȩ/ac præ
clariſſimȩ urbis expugnationē/ aliud īperiū quatuor
regna.Prouincias.xx.Ducentas urbes/xp̄ianis tm̄(ut
ſcribitur) ademit.Inflatus barbarus īcremēto tantæ
fælicitatis ad ſummū facinus aſpirauit: Concepitq;
mēte facile ſe omnia expugnatuꝝ/ & ad totius orbis
principatū breui peruentuꝝ. Callebat quidē aſtrorū
ſcientiā/Dicebat hoc & diuino nutu/& fatoꝝ diſpō/
ne/ac ſydeꝝ poſitione futuꝝ eſſe. Didicerat græce/la
tine/Arabice/Chaldæe/atq; Perſice loqui/ Nouerat.n.
magnoꝝ uiroꝝ geſta/ꝑcipue cæſaꝝ/magniq; Alexan
dri/quoꝝ factis is ualde accenſus/hos omnino ſibi ſe/
quendos propoſuerat.Erat quidē magni/atq; inuicti
animi/ ingenio plurimum pollebat/ calliditate/ atq;
aſtutia cæteris prȩſtabat. Decreuerantq; prius perdo
mita Italia Romam proficiſci/ eamq; ſibi ſubiicere:
ſed imprimis Epirum ſibi expugnandam dictitabat:
Qua ad id peragendū/ut uoti ſui compos fieret/ni/
hil aptius/nihil commodius/ aut opportunius uideri/

Quare Meume/thes Epi/rotas tan diu īfeſta uit.

nec aliũde/alioue modo ſe ad quod inſtituerat poſſe peruenire:cũ pp loci uicinitatẽ:cũ ẽt re℞ oĩum maximam cõmoditatẽ:nã Epirus ad Ioniũ: quod Italiam quadantenus alluit. Mare protẽditur/Illic.n. ſunt ſilue/& arbores excelſæ maxĩa frequentia ad naues/ & Triremes extruẽdas/conficiẽdaſq;/illic egregii/ optimiq; portus ad quãcunq; ẽt ingẽtẽ tenendã/ornãdãq; claſſem. Habet quidẽ agrũ undecunq; feraciſſimum/ cãpos amæniſſimos/ latiſſimoſq;/ Paſcua uberrima/ flumina/ fonteſq; ſaluberrimos ad ſaturitatẽ. His ita q; omnibus callidus/atq; uerſutus Ottomanus ĩpulſus Epirotas continue omni conatu uexare/atq; aſſidue p̃mere aggreſſus eſt:ut eos aut in ditionẽ/& poteſtatẽ ſuã redigeret/ aut penitus ſubuerteret/ ſed qũ diu apud illos elaboraſſet: Et uariis/grauibuſq; cladibus affectus eẽt:nec Alterũ quidẽ cõſequi ualuiſſet/ palam cognouit indomitã eſſe Epiroticã gentẽ/ ſtatuitq; aliã ſibi uiam eos domandi eſſe tentandã. unũ negociũ ſubeundũ:quo pacto a ſe:procul dubio Epiroticæ genti imperatu℞ iri ſperaret.

Epiri deſcriptio.

Eſt autem noſtra tempeſtatę urbs Scodra Macedoniæ oræ caput/nec nõ illius partis Dalmatiæ/quę ꝓxima ẽ: De cuius origine nulla nũc certa extãt mõnumẽta/nullaq; certa memoria/nã qum ea bis a barbaris incenſa fuerit/ab Antio quoq; romano℞ p̃tore deleta/tota per ſe exarſit/Quo quidẽ tẽpore conſtat uetera urbis monimenta/omneſq; hiſtorias de ea cõſcriptas incendio ꝑiſſe;tamẽ quicquid de ipſius ori/

Scodrę deſcriptio.

Diuerſi euentus.

Primi fũ datores urbis ſco drę.

gine inueſtigare/ aut reperire potui/& de ſtatu eorũ/ qui in ea uiciſſim regnarunt/quantum memoria ho/minum compræhendi potuit/diligenter collegi: Eaq; omnia breuiter conſcribam. Ferũt enim barbari qui dam/eam ab Alexandro magno conditam fuiſſe:qui bus non eſt aſſentiendum/nam ante Alexandrũ Sco dra iam condita erat/ſed ipſi Meumethani hac ratio/ne utunť:quia lingua ſua Scodram Scanderiam uo cant/quod nomen ex eorum interprætatione idẽ eſt/ quod Alexandria/ſed hæc eſt ægypti urbs ab Alexã dro condita. Alii uero dicunt a quodã Ioanne regulo Epirota conditam fuiſſe:qui qum in ea aliquot ãnos imperium tenuiſſet/ a ciuibus/ & ab uniuerſo popu/lo:qui eius tyrannidem pati non poterat/ eiectus eſt. Qui poſtea populari moderatione uſi ſunt. At Ioan nes ipſe regno exactus/dum urbem deſerere cogere/tur/diſcedens quæcunq; mala/quaſcũq; calamitates/ & diras potuit in eã imprecatus eſt. Crederem/ ſi uir ille integerrimus fuiſſet/ ab eo Deum immortalem exoratum fuiſſe: quoniam & urbs illa/ & tota regio ſemper a ſæuiſſimis hoſtibus uexata fuit/ & nullum genus calamitatis reperiri poteſt quod non ſuſtinue/rit. Verum ſi mihi cogitanti:Quæ de huius urbis an tiquitate exiſtimare uelim/audacter in medium pro/ferre liceat/ urbem hanc tum uetuſtate/ tum rerum geſtarum gloria percelebrem non immerito exiſti/

mauerim:tam natura, & ipſius ſitu, quam fertilitate: Ex quo credibile eſt Romanos rerum potitos huc ut aliis pleriſque in locis ad Barbarorum arcendas in-curſiones colonos ſuos miſiſſe. Hinc apud Plinium legimus: Scodram Romanorum oppidum uocita-tum. Quod declinante poſtmodum Imperio, & re romana peſſum ruente: a Barbaris deſtructum, de-ſolatum credi poteſt: ita ut quæcunque extabant mo numẽtis, ſcripta maxime interierint. Et ideo de eius conditoribus nihil certi, & explorati in medium af-ferre poſſumus. Verũ nuper ad manus noſtras frag menta quædam uerius, q̃ annales peruenere: quæ inſtaurationem potius urbis huius, q̃ ædificationem ad Attauorum noſtrorum memoriam referrant. In his enim uernacula lingua ſcriptum eſt: Roſam quendam cum Pha ſororeꝙ ſua primos fundatores urbis Scodræ fuiſſe: Vnde eius Arx Roſapha ap-pellabatur. qui diu, fœliciter quieteq; regnarunt, qui-bus deinde ſucceſſiſſe ferunt (ex hac: quæ inter ho-mines memoria extat) Nemagnanum quendam im peraroreẽ: qui Epiri, Macedoniæ, Dalmatiæ, utriuſq; Myſiæ, totiuſq; nouæ Romæ Imperium habebat. Qui moriens filium cæcum Vroſium nomine reli-quit, cui ob uirtutem probitatemq; cuncti pare-bant. Ei Stephanus filius in Imperio ſucceſſit, & unicum filium Vroſium nomen Aui referentem

reliquit.Hic uitam ſilentio/& abſq; liberis pertrāſiit
cuius Imperiū proceres eius inter ſe partiti ſunt.Nā
inferior Myſia comiti Lazaro obtigit/ſuperior autē
Nicolao Xuppano/Noua uero Roma tribus fratri/
bus obuenit/uuchaſſioni:qui etiā regiū nomen ade/
ptus eſt/Andreæ/& Exico/ Mōcinus quidā deno tan
tum maritimæ urbi p̄fuit/Ex ſtirpe uero/& prole Ne
magnami imperatoris natus eſt Balſa/qui orā bolia/

De geſtis Balſichio/rum:

nę proximā ab urbe fere uſq; ad mare tenens:tres ſu
ſcepit alios:Georgiū/ſtracimiriū/& balſam:Qui/ui
ri p̄clariſſimi fuere/Hi enim Scodram/quā ipſe Vro
ſius(de quo ſupra diximus)tenebat/aggreſſi cæpūt/
Non dum.n.muris cincta erat/ſed partim in plano/
partim in colle poſita/in quo nunc tota eſt/Hi quoq;
Duchainos regulos/& Sophios ex æmathia/ſeu Ma
cedonia expulerunt:& Croiam urbē:quæ ſub impio
Sophioꝝ erat/ceperūt:qui uictoriā ſequentes/ bellū
Stephano ſupioris myſiæ regi intulerūt/quē tandem
cū uniuerſo exercitu fuſum/profligatūq; ad urbē ra
guſiū pſecuti ſunt:& ibi eum obſederunt. Deniq; in
tercedentibus raguſeis/pax inter eos facta eſt:poſitis
confinibus uſq; ad Neretā fluuium:qui fines Pharię
Dalmaticæ ciuitatis diuidit/Hic.n.erant termini im
perii/quod tres fratres tenebant.Dehinc uero ulteri/
us ꝓgreſſi Albam græcā/quæ in Epiro eſt/ Caſtoriū/
ſeu caſtoriliū/& totā Aulonē breui expugnarūt: qui
quoad uixerunt(quoniā per id tempus fauſte/fælici
terq; uitam duxerunt)barbari nūq̄ Epiꝝ/ſiue mace/

doniam ĩgredi/aut uexare auſi ſunt/multo poſt tẽpo
re duo ex his fratrib⁹(minimo natu ſupſtite:qui bal
ſa appellabat᷑)ex humanis ſublati ſunt/ tunc quidã
Hicureneſius barbaroꝝ p̃fectus cum quadragĩta mi
libus turcaꝝ in macedoniã irrupit:Cui qũ balſa tu/
multuario/repentinoq; milite occurriſſet/ nec uniuer
ſo exercitu ſuo expectato/nec ducibus caſtroꝝ ſua/
dentibus:in eũ intrepide irruiſſet(erat.n. ĩpiger/ma/
gniq; aĩ)ab eo in quadã planicie/quæ ab incolis Sau
ra dicitur/ ꝓpe flumen Aoum/iuxta albã græcã epi/
roticæ terræ ꝓfligatus eſt:& ipſe cũ omnibus copiis
ſuis cæſus.Mortuo uero Balſa barbari tũc primum
epiꝝ ĩuadere/atq; uexare cæpunt. Hinc & Caſtorio/
Alba græca/& Croia potiti ſunt.Cæteꝝ balſę poſtea
ſucceſſit in regno ſtrazimiri⁹ balſichius/ familia bal
ſichioꝝ oriũdus/Hic Scodram/Driuaſtum/Lyſſum/
Antibariũ/& totũ illũ tractũ tenuit: ac filium unicũ
Georgiũ reliquit:qui Scodrã Amurathi turcaꝝ regi
ultro donauit.(Non dũ.n. rudi illi ſæculo urbes &
ciuitates adeo in honore & p̃cio erant/Non dũ enim
cæca/ueſanaq; regnandi cupiditate mortaliũ aĩ adeo
exagitabãt᷑):quã ẽt poſtea ſucceſſu tẽporis iteꝝ ab
ipſo Amurathe.dono recepit/eo ꝙ ipſi Amurathi uir
ginem quãdam formoſiſſimã ſibi ſanguine coniun/
ctam tradiderat/Demũ Georgius eam urbẽ(ut fert᷑)
Principi uenetoꝝ pignori dedit:quã amplius nõ exe/
git.Q uæ quidẽ urbs hac tẽpeſtate magnitudine reꝝ
geſtaꝝ celeberrima eſt/eo ꝙ in mõte Saxeo poſita ſit

Prĩa Tur/ caꝝ irru/ ptio ĩ Epi rum.

De laudi bus ſco/ drę:

qui fere undiq; latiſſimis campis/& feraciſſimis cin/
gitur. Eſt.n.ciuitas ipſa egregie natura/& manu mu/
nita/in immenſum edita circuitu nunc mediocri:nã
ab urbe condita/muroꝝ ambitus amplius duo milia
paſſuum quadrati forma in planum uſq; excedebat.
Huius partẽ/quæ in plano erat/Drino fluuius ꝑ me/
diũ ſecabat:ſuꝑ quo ingens/pulcherrimuſq; pons la/
pideus extructus erat:qui tantæ longitudinis erat:ut
extrema parte bolianam pertingeret:Cuius ueſtigia
his quoq; tẽporibus extant:& locus/ubi arx tm̃modo
poſita erat:nunc totã urbẽ complectitur:Quæ quãta
fuerit/illud certiſſimo argumẽto eſſe poteſt:nã qum
ingens barbaroꝝ multitudo eius fines inuaderet/ex
uniuerſa fere iuuentute ad ſonũ/(ut aiunt) cãpanæ/
Quinq; milia equitũ ex urbe in aciẽ obuiã ꝓdibant:
quæ qum ꝓpe flumen drinũ:quod ab urbe octo mi/
libus nunc diſtat/cũ hoſte congreſſa eſſent/ſtragem q̃
maximã plerũq; ediderũt. Veꝝ quia ſcodrenſis miles
numero longe inferior erat/ tandẽ magno/ cõtinuoq;
bello feſſus cladẽ inſignẽ ſuſcepit/Qui ex ea ſuꝑfu/
erũt/una cũ familia in arcem confugerũt/hoſtis uero
facto impetu in urbẽ irruit:Et qum eã deſtitutã repe
riſſet/ſæuiſſimo incendio totã exuſſit/atq; euertit/De
inde oppugnare arcẽ conatus eſt:quã qum expugna
re nõ ualuiſſet/inde diſceſſit. Scodrenſis poſtea urbis
reficiendæ/& inſtaurãdæ curã omiſit:Et qm̃ arx ipſa
tutior locus uiſus eſt/ibi totam urbem ponere cœpit:
Quæ quidẽ undiq; natura præceps eſt/niſi ea parte:

qua ſeptētrionem ſpectat, aditum admodū decliuem habet: a quo collis quidā intra iactum ſagittæ diſtat, totus uineis, oleiſq; conſitus: ſuper quo Præfectus nouæ Romæ: quem baſſam turcæ appellant: priori obſidione tabernaculum ſuū collocauerat. Ex quo poſtea baſſæ nomen ſemper obtinuit. Hæc præclara, & nobiliſſima ciuitas aeris ſalubritate præpollet, agro facili negocio bene culto, & omnium feraciſſimo, aquis ſatis abundans, Deſpicit per uniuerſum fere agrum: nihilq; eſt, quod ex urbe proſpicienti impedimento ſit: quin omnes tractus ſpacioſos, & latos campos intueatur: ſingulaq; oculis percurrat. Inde.n. cultores aſpicias, qui agros colunt, meſſores q fruges maturas metunt, inde molas frumētarias, piſcatores, qui hinc fluminibus, inde lacu amœniſſimo magnā piſcium capturā faciunt. Præterea uineas, hortos undiq;. Mare, flumina, fontes, lacum, ac omnia, quæ ad oblectandos ſenſus a natura procreata ſunt. Cuius quidem urbis radices montis ab oriente nunc tantū Riuulus quidam drini alluit, ab occidente autē Boliana flumen: quæ piſciū cuiuſlibet generis eſt abundans: ac iugi, celeriq; curſu urbē præterfluens ad duo de uiginti milia paſſuum in mare egreditur. Oritur autē ex illo celeberrimo lacu: quē omnes recentē eſſe putāt. Q uoniā antiqui ſcriptores nullā huius fecere mētionē, ab urbe fere ſtadiis ſexdecim diſtat: Ex hoc coniicitur, hūc, ut multa alia uel flumina, uel lacus ex terra poſt antiqtatē illa erupiſſe: de quo (quia non eſt

ſilentio prætereundus)qui de ſitu orbis accurate ſcri
pſerunt/non tacuiſſent/hāc opinionē/ id quod a uetu
ſtioribus loci huius incolis accepi/comprobare uide/
tur:nam ubi nunc lacus eſt(ut illi prædicant)conti/
nens olim erat:erātq; iuges/ac perēnes fontes: ex qui
bus diuinitus lacus ille ingens/atq; largiſſimus editꝰ
eſt:qui quidem altiſſimus/pulcherrimuſq; extat:cuiꝰ
circuitus centum/& uiginti milia paſſuum/& ampli
us complectitur/aerem quoquo uerſus ſaluberrimū
diffundens/uarietate/magnitudineq; piſciū omni tē/
pore abundans/prædia feraciſſima/ oppida egregia/
uicos complures proximos habet.In eo uero ſcopuli
extāt:in quibus cænobia pulcherrime extructa ſunt/
quæ ſacerdotes græcorum frequētes incolunt/ſed ne
mini hoc mirum eſſe uideatur/ſi lacum hunc recentē
eſſe dixerim/nā apud præſtātiſſimos/ celeberrimoſq;
geographos/atq; ſcriptores īuenimus: perſæpe & in
mari inſulas/ac ſcopulos/& in terra fontes/ac flumi/
na enaſci/atq; quotidie emergere. Non ab re fuit in
hanc deſcriptionem diuertiſſe:quo cunctis explora/
tum eſſet/quanti facienda hæc urbs eſſet:& cur tur/
carum tyrānus tantopere eiuſmodi urbe potiri cona
retur.Igitur deinceps quod ꝓpoſui/pro uiribus exe/
quar/qꝫ ſi fortaſſe ſtilo deficiā/legētes boni conſulēt:
quia omnia/quibus īterfui(ut iam præfatus)& quæ
uidi/& paſſus ſum/fideliter exponam.

Marini Barletii de obſidione ſcodrēſi liber ſecūdus.

CVm igit' Ottomanus Scodrā ur/bem nobiliſſimā | Prouinciæ prin/cipem | & caput Epiroticæ gentis | præſidiū | Oculū | robur | & muni/mentum totius regni | ianuā Ionii | adriaticiq; maris | ꝓpugnaculum Italiæ | omniūq; xp̄ianoꝝ eſſe animaduerteret: ſpē q̄ maximam aīo cōcepit | ſi ea potitus foret: ſe facilem | expeditūq; aditū ad totam Dalmatiā | Illyricumq; | ac dauniam habituꝝ: planeq; uoti ſui cōpotem fore | Et quāq̄ optime compertū haberet: urbē illam miꝝ im/modū & natura | & manu munitā eſſe: omniq; p̄ſidio fultam: tamen fretus ui | atq; potentia ſua | ſibi pſua/ſit | eā minime uires ſuas | & īpetū toleraturā | ſed bre/ui expugnatū iri. itaq; ingentes copias ad illā oppu/gnandā mittere decreuit. Expectatoq; tp̄e ueris | quod expeditionibus commodum | & aptum eſt | Præpara/tis rebus oībus bellicis | delectuq; q̄ maxīo habito Su/limanū nouæ romæ p̄fectum toti exercitui p̄poſuit: qui idibus maiis p̄miſſis ſpeculatoribus | & leuis ar/maturę equitibus (ut eoꝝ moris eſt) ipſe deiceps cū reliquo exercitu maxima pōpa incedens ſubſecutus ē: ip̄amq; urbē | & mœnia undiq; cicūuallauit: & e ue ſtigio ingenti terrore | formidineq; obſeſſos undiq; co piis | atq; oī genere tormētoꝝ urgere | ac opprimere co natus eſt: & exciſis | euerſiſq; muris | oī ui | apparatuq;: tum machinaꝝ bellicaꝝ: tū fortiſſimoꝝ militū | urbis

Cur Meumethes ad Scodram expugnādam tāto pere laborauit.

Apparatus maximus Meumethis ad ſcodrę oppugnationem.

expugnationē tentauit. Longum eſſet cōmemorare: quot milia turcaꝝ turpiter amiſerit: utq; ciues Scodrenſes ſe/patriā uxores liberos acerrime pugnando ꝑtexerint/Quare qũ in caſſum elaboraſſet/ retrocedēs q̄ maxima ignominia/atq; clade ab oppidanis expulſus eſt.Demũ qum oĩa:ut urbe potiret̃/fruſtra expertus eſſet/tribus poſt menſibus eā obſidionem reliquit.Ex quo Scodrenſes ob tā egregiā/& ꝑclariſſimā uictoriam duce/rectoreq; Antonio Lauretano / æternum ſibi nomen/& gloriā adepti ſunt/Quæ quidem res poſtq̄ ad principē Ottomanũ delata fuit:ſummo dolore/atq; mœrore affectus eſt:quod tantā ſuoꝝ ſtragem a Scodrenſibus reportaſſet.Et qũ antea res Scodrenſium non tam arduas/ut exptus eſt/eſſe cogitaſſet:Poſt hanc calamitatē diu anxius/ & ſollicitus diligenter uoluere cœpit/an amplius Scodrenſibus bellum inferret:ab incœptoq; penitus deſiſteret/ an maiori apparatu impetuq; rurſus Scodrā inuaderet/Tādem recenti clade/ac ignominia cōcitatus: memorq; calamitatũ/quas ſæpius ab Epiroticis populis paſſus eſſet:præterea paternæ mortis(ut erat inuicti aĩ/& cedere neſcii):frœtus potentia maxima/ uirtuteq; militũ/clades acceptas ulciſci ſtatuit:ſpauitq;/ ſi omnes copias/& uires ſuas in unũ contraheret/ſe fore tādem ſui uoti compotē.Et ut ad eā expeditionē uehementius excitaret̃:cōſtituerat uni quoddā ſtipendiũ: ut quotidie ſibi Scodre oppugnationem ſuggereret. Ad quā ſane maturius caſtra admouiſſet:ni alia ne/

gocia Haud leuia aĩum eius ab hoc auertiſſent.Exã
ctis itaq; quattuor ferme ãnis a prima obſidione/to/
tum aĩum/totãq; mẽtẽ ad bellũ Scodrẽſe:quod ĩ aĩo
ꝓpoſuerat/cõiecit.Itaq; primo milites undiq; accerſe
re/atq; oẽ Ottomanũ nomẽ/oẽm militarẽ ætatẽ ſcri/
bere iubet:Arma/tela/ equos pare/camelos inumera/
biles ad ſubuehẽda ęrra ꝓ tormentis cuiuſuis gene/
ris conflãdis/cæteraq; omnia inſtrã militaria:Ad hæc
Artifices cuiuſlibet artis pitiſſimos.Præterea cõmea
tũ affatim undiq;/Demũ oĩa cuiuſcũq; rei/quæ ĩ bel
lo uſui eẽ ſolẽt.Igit᷑ poſtea q̃ ex arbitrio ſuo oĩa pa/
rata/inſtructaq; eſſe uidet/ac delectus q̃ maximos ex
oĩbus gentibus habitos:ita/ut nũq̃ antea neq; maior
exercitus/neq; ex ualidioribus/pugnatioribuſq;/ neq;
oĩ patu celebratior coactus fuerit/Ex cõpoſito igit᷑
clam ex more ſuo equites leuis armaturæ/eo tpe/quo
cũcta in agris pubeſcũt/alio p̃mittere ſimulauit.De/
hic poſtea deflexo itinere cũ oĩ exercitu grauis arma
turæ ſubſecutus/Scodrã magno cũ terrore inuadere
cõſtituit. Hæc ubi & fama/& quorũdã lr̃is/ & nun
ciis ad Scodrã delata ſunt/magnus terror totã ciuita
tẽ ĩuaſit/magnuſq; tumultus exortus ẽ/Et ſubito ma
xĩa man⁹ robuſtiſſimoꝝ iuuenũ agreſtiũ/ ac nautaꝝ
ex triremib⁹/q̃ bolianã ĩgreſſę erãt/ĩ urbẽ excepta ẽ/
oẽs cõtinuo mũimẽta/&ꝓpugnacula urbis defẽdẽdę
moliri/pare/ſtatiões diſpõere/oĩa loca mũire/nec dies/
nec noctes ceſſare/ſed aſſidue reb⁹oĩb⁹/q̃ ad molẽ tã
ti belli pferẽdã opus erãt/toto aĩo ĩuigilare/atq; intẽ/

Ingẽs ap paratus / Meume this ad ſcodrę ob ſidionem.

Primus ĩ urbe tu/ multus.

dere/perinde:ac ſi hoſtis adeſſet.Dũ hæc in urbe ge/
runt̃/interea a ſeptentrione montes omnes/ac plani/
cies crebris ignibus/quibus pagi cõburebantur/mi/
canti/& fumi in ſublime tendunt:Quæ quidẽ ſigna
futuri belli erãt:Et ecce oĩa repente miſceri/ac turba
ri cœperunt/Omnes ꝓperare/trepidare/agreſtes relictis
agris/pars cũ pecoribus/& tota ſupellectile ad mari/
tima/& loca tutiora cõfugere/Pars uero ad urbes fe
ſtinare/denũciantes iã iam turcas adeſſe/Agrũ totũ
uaſtaſſe/tecta inflammaſſe/& multa armenta/& gre/
ges cũ hoĩbus cœpiſſe:Sic.n.intra biduũ/incendio/

Præpara/tiões Scodrenſiũ.

atqꝫ ruinæ cuncta dedere. Erat.n.in urbe præfectus/
qui iuſſu ſenatus Veneti/tãq̃ in puppi ſedens clauũ/
& regimen in ea tenebat:Qui quum oĩa ad bellũ ne/
ceſſaria diligentiſſime ꝑparaſſet. Conuocata cõcione
fortiſſimoꝝ ciuiũ/italoꝝ/aliorũqꝫ omniũ:qui in urbe
erãt:decreuit/ut imbelles/& minores natu ex urbe ad

Primus aduẽtus Turcaꝝ exercitus.

ciuitates maritimas/& proximas educerentur. Hinc
acer/atqꝫ infeſtus hoſtis pridie Idus maias/maximo
impetu/nocturno tpe in ſuburbia irruens/ſecũda no
ctis uigilia urbẽ ipſam undiqꝫ in coronæ ſpeciẽ cir/
cũdedit:& obſidione duriſſima cinxit:Ad quã obſi/

Noĩa Imperatoꝝ exercitus.

dionẽ uenerat Alibegius ille præcurſor danubii/præ/
fectus cũ octo milibus expeditoꝝ equitũ:qui lingua

Numerus militũ/& copiaꝝ.

ſua Achanzii dicti ſunt.Hi.n.oẽs hoc noĩe appellati
ꝓpriis ſtipẽdiis militare cogunt̃:nam opes/atqꝫ loca
poſſident:quibus a principe ob ꝑclara facinora ſua
donati ſunt. Præfecti autẽ huius munus/atqꝫ officiũ

eſt/Summi principis præire exercitum/deprędando/
deuaſtando/urbeſq; in obſidione premendo:Cui etiã
priuilegiũ ab ipſo principe datũ eſt:ut poſtq̃ uniuer
ſus exercitus quo conſtitutũ eſt/conuenerit/ex ſentẽ
tia quo uelit/ſe recipere poſſit. Sequebatur eũ Scan
derbegius frater/Myſiæ ſupioris præfectus cũ quat
tuor equitũ milibus/Hũc ſecutus eſt Malacotius in
ferioris Myſiæ præfectus cum tribus milibus/oĩbus
expeditis equitibus/Hic eſt enim ille Malacotius uir
prudẽs/corpore egregius:Ex cuius luminibus(ut de
Auguſto ferũt) Splendor quidã egrediebatur inſtar
ſolis radioꝝ:cuius oculos nemo attẽte/ fixeq; intueri
poterat. Vbi uero Scodrẽſis uallo/atq; copiis undiq;
circundatum ſe eſſe uidet/accinctus ipſe/atq; inſtru-
ctus ad bellũ pro mœnibus egregie pugnat:Et maxi
ma ui/atq; impetu in hoſtes ex omni parte ex ſcor-
pionibus ſagittas/atq; miſſilia iacit:Et omne tormẽ-
toꝝ genus in eo contorquet:nõnunq̃ eruptione facta
turcas perturbat/ꝓpellit/trucidat:atq; interficit:ingẽ
tiq; gaudio/atq; læticia in urbem uictor reuertitur:
Et ſtatim oĩum cõcione aduocata/unicuiq; ſtatia ac
cuſtodia muroꝝ aſſignata/Aliis uero munus hoc in
iunctum/ut ubi opus eſſet:urbẽ cõmunirent/diuerſa
loca:quæ debiliora uiderentur/reficerent/atq; inſtau-
rarent.Reliquã ciuiũ multitudinẽ ſimul cũ ſacerdo-
tibus/ aliiſq; militibus in foro cũ uexillo aureo diui
Marci/beatiq; Stephani prothomartyris urbis pa-
troni collocarunt:Vt ſubſidio eſſent/ quo maior ne-

ceſſitas/maiuſq; piculũ eos uocaret/Dimiſſa cõcione omnes unanimes prompte ad loca ſingulis aſcripta accedũt:& fortiſſimo animo cuncta exequunt̃. His autẽ ſic pactis interim maxima multitudo tentorioꝝ apparuit ĩ ulteriore ripa drinonis fluuii:qui ab urbe octo milibus abeſt. Venerat aũt illuc Taut gaiola nouæ romæ baſſa generalis cũ oĩbus copiis ſuis maximis:Quæ pp inundationes aquaꝝ traiicere flumen non potuerãt:cui permulti ex turcis:qui ꝓximi urbi erãt/uiri maximæ auctoritatis occurrerũt. Hic enim uir oĩbus artibus & animi & corporis prçditus erat/ ex chriſtianis parentibus licet obſcuris/& patria epiroticus infimo loco natus. Qui cũ puberes attigiſſet annos:a barbaris ĩ captiuitatẽ tractus eſt:apud quos & uiriũ robore/& ingenii acumine ac perſpicuitate ita pclaruit:ut ipſe ſolus atq; unicus Meumethe primo/Pazaitoq; deinde filio regnantibus eniteſcere uideretur. & intantũ creuit/ut ad ſummũ ſplendorem/ & dignitatum faſtigia peruectus imperiũ:ſummaq; res Europæ ei ſemper demandaretur. Qui adeo carus/adeo acceptus omnibus erat:ut quãdoq; de eo ſuſpicio oriretur:ne tyrãnidem occuparet̃:remq; Ottomanorum ſibi arriperet / uindicaretq;. Is ad nonum Kaleñ. Iunias traiecto flumine cum uniuerſo exercitu ante lucis ortum ad urbem uenit:cuius Tentorium:quod maximum/ purpureumq; erat/In uertice montis cognomento Baſſe extenderũt. Exercitus uero eius totus ad radices collis/ac in plano caſtrame/

Aduẽtus præfecti Europæ.

tatus eſt.Erant enim uigintiquinq; milia equitum/ca
mellorum circiter duodecim millia:qui metallis onu
ſti erant pro machinis/tormentiſq; conflandis/aliiſq;
munitionibus/belliciſq; inſtrumentis:qui quidē om/
nes poſt montē baſſæ onera/ac ſarcinas depoſuerūt.
Contra chriſtiani omnē curam intendebant ad urbis
munimenta:præmunientes ſe ex omni parte propu/
gnaculis/& aggeribus:quæ trabibus connexis/inter/
iectaq; terra & fimo conſtabant: molem q̄ maximā
præ mœnibus congerētes:non inſcii/neq; ignari fu/
turæ ruinæ muroꝝ:& tam maximæ/ atrociſſimæq;
hoſtilis oppugnationis. At uero barbari aſpicientes
tot/& tanta præſidia/ quot ab oppidanis cōtinue fie/
bant:fictionem quandā/& fallaciam compoſuerunt: Fictio & doli bar/baroꝝ.
nacti enim ſunt duos ex ſuis qui latinam linguā no
uerant:quos nauticis ueſtibus indutos ad mœnia mi
ſerunt:Qui edocti chriſtianis dicerēt:ſe nautas eſſe:
& iā iā ex triremibus:quæ nuperrime ad littus appu
lerant/deſcendiſſe:qua caduceator Venetus pro pace
ad magnū Turcā mittebatur:uectus fuerat:oppida/
nos exhortabant̄:nec quicq̄ timerēt/aſſerētes ꝓpe diē
fore fœdus cū turcis:nec tātope in urbis munimētis
inſudarēt:qum pax iā certa eſſet:& turcæ breui eēnt
diſceſuri. Sed non tam calide hoc fingere potuerūt:
quin eoꝝ cōmenta:ac inſidiæ/& doli deprehēderent̄.
Demū detecta fraude/ac dolo cognito/non ſine ma/
gno uitæ p̄iculo detecti aufugerūt:nā ideo ea ſimula
tione uſi ſunt:ut hac ſpe xpianus inductus ab omni

operei& munimento urbis ceſſaret:& ipſi hoſtes ꝑpa
ratis tormentis/& machinis inſtructi ad expugnatio
nem/urbem ipſam improuiſam/ac imunitam ador/
ti facilius expugnarẽt/ac ea potirenť. Verſabať autẽ
hoſtis quotidie in his dolis/atq; cõmentis:ſed chriſtia
nus iam iam eius ꝑfidiã fraudẽ/ac uerſutiã edoctus/
atq; ꝑmonitus minime ab icepto deſiſtebat:ſed eo ar
dentius/celeriuſq; operi intendẽs: idq; oĩ ope/ſtudio/
ac diligentia exequens/& ſibi/& urbi conſulebat:nec
tm̃ barbarus cõminſci/atq; fingere poterat:quin chri
ſtianus eius uerſutas fraudes deprehẽderet. Poſtridie
uero poſtq̃ ipſe baſſa uenerat pontẽ ligneũ quã ma/
ximũ/ atq; munitiſſimũ ſup bolianã mille paſſus ab
urbe ſtruere cœpit:ut utriuſq; ripæ ius/ & poteſtatẽ
haberet:nam amnis ille ob aquaꝝ altitudinẽ tranſiri
nuſq̃ poterat. Audierant.n. Barbari agrũ illum trans
amnem opulentũ eſſe:maximãq; agreſtiũ multitudi
nem ſimul cum gregibus/& armentis ad ciuitates/ &
ad oram maritimã ſe recepiſſe:Inde.n.maximas præ
das & hominũ/& pecoꝝ/qum pabulatũ exiſſent/ſpe
rabant. Peracto igiť ponte Kleñ.Iuniis. Baſſa ipſe po
ſtridie cũ aliquot equitibus pontẽ tranſiens/ad quaſ/
dam excipulas/quibus magna piſciũ copia capitur:
ut eaꝝ ſtructurã contemplaretur/prius ſe contulit/de
inde montẽ ſancti Marci/qui in mirã altitudinẽ ten
dit/e ueſtigio conſcendit:inde urbem ipſam/ ac om/
nia loca ꝓxima diligentiſſime oculis perluſtrauit. Pe/
rendie uero ſub ſeꝝ diei/circiter decẽ milia equitum/

Pōtẽ bār/ bari ſup bolianam extruxe/runt.

Incurſio barbaroꝝ ad maritima.

pontem transierunt:ut oram maritimã| & ciuitatum finitimaꝝ agros uaſtarẽt|ac depopularent̃: Sed quia nocte ſequenti magni imbres|atq; pluuiæ fuere | ma ne circiter horã tertiã abſq; p̃da ĩ caſtra reuerſi ſunt: & aliquot dies quieti in caſtris cõmorati ſunt. Non omittendũ eſſe cenſui ſatis p̃claꝝ facinus iuuentutis Scodrenſis.Erant fere trecenti iuuenes.robore corpo ris|& animi uigore p̃ſtantes:qui cotidie urbẽ totam| & muros|& ꝓpugnacula ſclopis obeuntes|qum mul tos ex hoſtibus interficerẽt|magnũ illis terrorẽ ĩcuſ/ ſerunt:& ciuitatẽ uniuerſam|ad ſpem maximã futu ræ uictorie erexerũt. Interea ſexto idus Iunii Muſto pha begius:cui ſumma res Aſiæ demãdata erat:uul/ go Natolie Baſſa dictus ad flumen Drini ꝑuenerat: cui qũ nouæ romæ p̃fectus obuiã ꝓpere acceſſiſſet: nudius tertius q̃ caſtra mouiſſet| circiter decẽ| & ſex milia equitũ p̃miſit:qui in conſpectu urbis p̃tereun/ tes|in quendã locũ|quem ſupra Scodrã acolę uocãt| conſidere:tentoriaq; locauere.Pridie uero| q̃ ipſe Baſ ſa ueniret|alias quoq; copias| multaq; impedimenta p̃miſit:ipſe deĩde tubis| aliiſq; bellicis organis| & ma ximo comitatu ſubſecutus eſt| Exercitũ.n. ſuum in quinq; partes diſtinxerat:quaꝝ prima ſex magna ſi/ gna ferebat:quoꝝ primũ uiridis coloris erat: Alterũ quidẽ roſei|Reliqua uero quattuor candida erãt.Se cũda legio duo ſigna purpurea geſtabat. Tertia duo uiridia.Q uarta duo crocei coloris|Q uinta uero co hors numero| & multitudine reliquas ſuperabat: ac

Præclarũ facin⁹ iu uentutis Scodren/ ſis.

Aduentus profæcti Aſiæ.

vexilla sex Turc

melius inſtructa erat, ubi pfectus ipſe eſſe exiſtimabatur, ſeptem ſigna portabat: quorum primum candidum, auratumq; erat, Deinceps duo uiridis coloris, & quatuor roſea ſubſequebantur: Singulæ dehinc acies plura alia, ſed parua uexilla diuerſorum colorum ſecum afferebant. Erant autem triginta millia aſiaticorum equitum: quos ipſe aſiæ præfectus ſecum duxerat. Sunt enim aſiatici homines corpore non deformi, Sagittarii acerrimi, ac pernicioſiſſimi, non tamen ita robuſti, ac bellicoſi, & ad obeunda militiæ tam ſtrenui, ac uiriles, ſicuti Europā incolentes, & homines nouę romæ. Habent enim equos uelociſſimos, ac robuſtiſſimos, unde apud nos iam tritum eſt puerbium, uiri quidē romaniæ: equi uero natolię: Non ſtatim aſiæ pfectus tentoriū ſuum aperte ingredi auſus eſt, admonitus forte, ueritusq;, ne ab oppidanorum tormētis: quæ eo directa erant, percuteretur, Sed interea obequitando urbis ſitum, & omnia loca urbi proxima oculis perluſtrauit. Poſtea uero circa dimidium diei cum paucis equitibus tabernaculū ſuum, clam admodum eſt ingreſſus: quod magnum quidem, ac uiride totum erat, in uineto urbis poſitū: quod ab urbe fere mille paſſus diſtabat: cui duo alia tentoria candidiſſima adhærebant, ſepibus, ualloq; communita: ne facile tormentis oppidanorum paterent. Confeſtim præfectus, ut ſuos milites ad fortia facta prępararet, præmium quoddam ppoſuit his, qui equo muros urbis petere auderent: Ex quo po-

Uexilla

Inter, aſiaticos, & Europeos milites dña.

Præfect⁹ aſię, ut ſuos excitaret.

ſtridie duo equites expeditiſſimi/ citatis equis mon/
tem ſubierunt/qua porta principalis urbis eſt:& mu
ros ciuitatis tangere manibus conati ſunt. Sed chri/
ſtiani eos aduenientes præſenſerũt: & alteꝶ quidẽ la
pidibus/atq; ſagittis obrutũ coopertũq; una cũ equo
oppreſſerunt. Alteꝶ uero miſſilibus quoq; cõfoſſum/
monteq; præcipitatũ uix ſemianimẽ ſui eripuerunt/
qui paulopoſt animam efflauit/Statimq; nõnulli ex
iuuenibus nr̃is robuſtiores erũpentes caput obruti
obtruncarunt: & eo lanceæ affixo urbem cum gau/
dio ingreſſi ſunt. Sed quia nondum aſiaticæ legiões
omnes aduentarant/totos illos dies uiam/ quæ proxi
ma amni/quæ ad urbem ducit/ ingens barbarorum
multitudo/maxima fræquentia impleuit: nec unquã
ceſſatum eſt:quin equites/ac iumenta in caſtra cum
impedimẽtis uenirent. Decimoſeptimo uero Kalen̄.
Iulias maximus quidem numerus ſatellitum ex co/
horte principis Turcarum in caſtra peruenit: qui lin
gua uernacula ianizari uocantur: Sũt autem huiuſ/
cemodi uiri chriſtiani omnes ex parẽtum complexu
rapti/nam qum tot ciuitates atq; loca chriſtianorum
imperio Ottomani ſubiecta/atq; obnoxia ſint/ſingu/
lis quibuſq; annis præter cæteras rapinas/ atq; intole
rando tributo/ ei etiam tot pueros tradere cogun/
tur: quos Ottomanus in minorem Aſiam tranſ/
mittens/ diuerſis præceptoribus armorum/ & belli
peritis coalendos/ erudiendoſque uſque ad puber/
tatem committit: ubi ad uarios uſus uitæ ſe præ/

Aduẽtus ianizario rũ & qui ſint & un̄ originem trahant.

178

cipue militiæ aſſidue exercentur:nec fere ullam tem/
poris horam uacationem:& quietem habent. Sed a/
ſpera quæq;/& ardua/ac fere intolerabilia pͅpeti co/
nantur/ut ſomnũ etiam ſub diuo capere cogant̃/ad
tolerandos quoſcũq; labores. Qui poſtq̃ ita aſſuefa/
cti ad pubertatem uenerunt. Princeps eos ad ſe aduo
cat:quos per trienniũ alia longe grauiora/aſperioraq;
ſubire compellit:nec his quidem feſſis ociũ aliquod
remittit/Somnum etiam parciſſimũ/nec niſi ſub di/
uo permittit/nõnunquã etiã noctes inſomnes eos du
cere iubet. Peracto triennio illos in cohortẽ ſuam (ut
uulgo aiunt) familiam legit:certũ ac quotidianũ ſti/
pendiũ ſingulis quibuſq; eoꝝ decernit:& indies pro
meritis unicuiq; ſtipendia/& premia auget. Appellã/
tur enim filii magni principis:cuius lateri ſemp̄ ad/
hęrent/ac ei pro muro/& munimento ſunt/ipſumq;
quocunq; ſequuntur:in his omnis ſpes/omnis ſalus
eſt:in quorum uirtute/ſumma res Ottomani ſita eſt/
nam qum ad bellũ proficiſcitur ei adſunt:ab eo nun
quã diſcedunt:illum continua cuſtodia munitioneq;
coronant:uallantq;. Et qum res ad eos deuenerit/iam
ad triarios (ut in prouerbiis eſt) & ad ſummũ diſcri
men/peruentum eſſe fertur: Qui quidem bellicoſiſſi
mi ſunt/atq; ſtrenuiſſimi:& in omnibus periculis fi/
diſſimi/uitã intrepide exponunt/nam in armis ſemp̄
creſcunt/exercẽtur/& uerſant̃/& difficillima ſemper
(hoc enim lõga aſſiduaq; exercitatio facit) atq; aſp/
rima quæq; perferunt. Sin uero ciuitas expugnanda

fuerit/hi ſunt primi/qui eã aggrediuntur/muros aſcẽ
dunt/expugnantq;.Et demum quicquid ſtrenui/præ/
clariue fit/ab his:& per eos geſtum eſſe exiſtimatur.
Venerant autem inter eos circiter quinq; millia affe/
rentia ſecum uexilla quattuor niuei coloris:Ad quo/
rum aduẽtum barbari paſſim in caſtris plauſum:ac
lætitiam ingentem ſuſtulerunt: Ex quo in principis
aduentu continue intenti erant.Interim tamen barba
ri obſeſſos/ut pacem maturarent/ſuadebant/atq; ex/
hortabantur.Decimo autem quarto kleñ.Iulias/ma/
gna uis barbaroꝝ e uia drinonis in caſtra affluxit:q
omnes traiecto ponte/ultra bolianam uicos quoſdã/
& campos:quos incolæ oblicham cognominant/oc/
cupauere.Porro ex barbaris/qui nuperrime appule/
rant.Duo magno comitatu prope urbem uenerunt/
ad forum uenale:quod extra urbem ad radices mon
tis adiacet:Q ui præ cæteris maximam auctoritatẽ/
atq; grauitatem præ ſe ferebant:& ab omnibus uene
rabantur/hi ab oppidanis facultatẽ ſecum colloquẽ/
di petierunt. Dehinc uerbis ſui principis quædã ad
præfectum urbis/reliquoſq; oppidanos ſe relaturos
eſſe dixerunt:Q uibus ubi permiſſu præſulis fandi
copia facta ẽ.Maior ex his natu ita breuibus eſt al/
locutus.O uiri & oppidani cuiuſcũq; generis/& gra/
dus eſtis/hæc Princeps noſter ad uos referre mandat.
Videtis enim in quantis anguſtiis/quantiſq; pericu/
lis poſiti ſitis:quos longe maiora atq; grauiora expe/
ctant:Si rebus ſtatuiq; ueſtro mature non conſulue/

Verba oratorum meume/tis ad ſcodrenſes.

ritis. Audiſtis enim aliquando quanta ſit uis ipſius principis/quantæq; opes. Sed nunc re ipſa ſentietis/ q̄ terribilis/q̄q; tremendus ſit eius aduentus. Noſtis præterea quocunq; expeditionem fecerit/nullum lo/cum adeo munitum/& inexpugnabilem/uiribus il/lius minime obſiſtere potuiſſe. Teſtantur namq; id/ & omnibus palam exemplo ſunt Nobiliſſima/atq; regia urbs Conſtantinopolitana/Ad hæc Eubæa in/ſula/tam opulentiſſima/q̄ egregia/Præterea Taurica regio/aliæq; innumeræ: Quam ob rem uobis omni/bus conſulit princeps noſter/& exhortatur: ut confe/ſtim in eius deditionem ueniatis: ut Croienſes: qui ue ſtro principi parebant/deditionem pridie fecere/nec eius iram/atq; indignationem expectetis: non tormẽ torum ictus/neq; machinarum/non militum ſuorum robur/atq; impetum: quorũ manus nullo pacto eua/dere poteſtis: quod ſi feceritis/omnes uos cuiuſq; gra dus/& conditionis ſummis muneribus & honoribus afficiet/Ciuibus enim ut in patria libere/& ex uoto degant/permittet. Reliquos uero exteros/& peregri/nos maximis præmiis proſequetur/neminem equi/dem indonatum prætermittet: Sin uero alia mens/ aliuſq; animus uobis extiterit/uaria mortis genera/ diuerſa ſupplicia/& cruciatus uos expectare iubet. Hi qum dicendi finem feciſſent: Petrus pagnanus ci uis egregius/uir eruditus hoc ex ſententia omnium barbaris reſponſum dedit. O uiri/& magni Ottoma ni nuntii/Scire uos uelim in urbe noſtra tria eſſe ho/

Rñſio ſcodrẽſiũ ad oratores Meume/dhis.

minum genera/Italorum/naualium militum/& Sco drenſium/ſiue Epirotarum:inter quos ſummus rerũ omnium eſt conſenſus/nec minima alicuius diſſidii ſuſpicio:quia omnes chriſtiani ſumus/Vnus Deus/ Vna fides omnibus/non Meumethem/non Lunam/ neq; Solem adoramus/ nõ Martẽ/ neq; Mercurium/ non Idola/nec quenquam alium ficticium:Sed Chriſtum dei filium colimus/atq; ueneramur:Qui unus/ & idem cum deo patre/& ſpiritu ſancto fuit ab ęterno/eſt/ſemper erit:Qui quidem ſummus Deus eſt/ optimuſq; creator/atq; moderator omnium:A quo cuncta manarunt:In cuius uerbo:& nomine cuncta ſunt poſita/cuncta fiunt:cui cuncta parent:flectuntur/& tremunt:nec alius eſt Deus præter hunc:nec eſt qui ei reſiſtere poſſit/ In hoc ſpem ponimus/huic cõfidimus/Ipſe pro nobis pugnabit/Ipſe nos ab impetu principis ueſtri defendet/atq; liberabit.Quare/ qum Chriſtum deum noſtrum:qui pro uniuerſa humana Redemptione in cruce mori uoluit:nobiſcum certũ/indubitatũq; habeamus/Quid principis ueſtri uires?Quid artes?Quid demum copias timeamus/ qũ oĩa ipſe ſolus poſſit? Proinde ſciat prĩceps ueſter nihil eſſe tã horrendũ quod timeamus:Quin omnia pro nihilo habeamus.Adducat ſecũ quaſcũq; copias uelit/Tormẽta bellica/& cuiuſuis generis machinas præparet:Et tandem omnes uires ſuas/& conatus in nos intendat/Iam nos ipſos ſemel pro principe noſtro/& Veneto impio deuouimus/ ſemel pro hac ur-

be defendenda/& ſanguinē/& aīam effundere parati ſumus/qua ſi princeps ueſter tantope potiri exoptat/ ferro/& quacunq; ui poteſt/irruat/& ad expugnan/dam prodeat: nam ciuibus nihil eſt patria charius. Italo & nauali militi fides firmiſſima/ præmia uero/ & munera a prīcipe ueſtro nobis oblata penitus reii/cimus / & aſpernamur: quia a principe noſtro lon/ge maiora/atq; digniora expectamus:qui nunq̄ de ſe benemerentes deſerere ſolet. Quare principi ueſtro mentē noſtrā/& quicquid uno oīum conſenſu decreuimus/nunciate/Nā nulla eſt inter nos ſimultas/nul/laq; diſſidia/Sed idē uelle oībus/atq; idē nolle. Hæc ſemel uobis dicta ſint/ut in poſterꝝ oēm ſpem alicu/ius fæderis/& compoſitionis abſcindatis/Aut deo bene iuuante uictores erimus/aut ſi res aduerſæ cadēt/ īternetiōe omnes occidemus/quod ſi alias tale quid/dam tentare audebitis/ pro reſpōſo gladium acutū: pro uerbis Tormenta/miſſilia/ atq; iacula ſemper reportabitis/Barbari uero hoc accepto reſponſo a Scodrenſibus nullo amplius uerbo facto celerrime abie/runt.Poſt hoc quidā ſub Meumethe militantes: qui ſe uere xp̄ianos eſſe ꝓfitebant̄/ad muros urbis clam

Deditio urbis croiæ Meu/methi prīcipi.

uenerunt/qui de Croie deditione Scodrenſes admo/nuerūt/Paulo poſt res ipſa queādmodum/acciderat/ intellecta eſt/quod croienſes non ultroneq; metu ali/quo impulſi/ſed ſumma/extremaq; neceſſitate coacti ſe ſe Ottomano dediderāt:nam qum urbs illa diu ab hoſtibus obſeſſa fuiſſet:& oīa ad uictum neceſſaria

penitus defuiſſent:nec unde ali poſſent/ prorſus ha/
berent(ſæpius.n.penuria q̄ pugna conſumit exerci/
tum:& ferro ſæuior fames):oēs in hanc ſnīam con
uenerāt/ut potius in deditionē hoſtis(& ſi turpiter)
pacto aliquo deuenirent/q̄ tam terra/tam fame fune
ſta:quæ ēt fortiſſimos uiros debiliores reddit/ pirēt.
Quæ deditio inſperata Scodrenſes ꝑfecto non me
diocri mœrore/atq; dolore affecit/cū ꝓpter xp̄ianoꝝ
uelut patrimonii attractionem/quod in dies res xp̄ia
na īminueret:& ad extraneos/ alienoſq; deuolueret:
tum ꝓꝑ nimiam hoſtis uicinitatē/quod tam commo
dum/tam oportunū locū ad bellum continuandū ſi/
bi barbarus adiūxerat.De cuius urbis ſitu/eiuſq; cō/
ditore/quantū hoīum memoria colligi poteſt/ꝑſtrigē
do breuiſſime attingā.Croia ciuitas eſt Epiri/regni il
lius ualidiſſimū munimētū/& tāq̄ clauis firmiſſima/
Hæc nō magno ambitu cōtinet/in altiſſima ſaxi cre
pidine/& undiq; p̄cipiti poſita:cāpos latiſſimos hinc/
& inde habet:ubi Cęſar tota acie cū Pōpeio cōflixit:
Quæ quidē oppugnari/nec expugnari nullo mō po
teſt:quia/& natura/& Arte/& hominū opere ex om/
ni parte munita eſt:in ea enim ſunt fontes iuges/ ac
perēnes:Ex quibus ei nomen inditū fuit.nam croia:
quod Epiroticū nomē eſt/latine fons interpretat/ha/
bet quidē agrū feraciſſimū/ atq; amœniſſimū/ ſiluas
uero/& arbores cæteris(ut opinor)uberiores/ſpecio/
ſioreſq;/& ad claſſes edificādas(ut quidā/putāt)nuſq̄
ꝓceriores/aptioreſq; repiri poſſunt. Diſtat aūt Dyr/

De ſitu Croiæ/ & eius fun/datione.

rhachio ad quattuordecim milia paſſuũ/Scodra ue/ro ad quinquaginta ſeptẽ:& quia finibus barbarorꝫ cõtermina erat/Ab his poſt obitũ inuictiſſimi principis Scãderbegii:cuius ĩpio fideliſſime parebat/continuo uexari cœpat/Duo tamen ex barbarorꝫ principibus adhuc ipſo Scanderbegio uiuente/cum omnibus uiribus ſuis eã obſidere tentarunt/ſed eorꝫ conatus/fortiſſime aduerſante Scãderbegio/ad irritũ ceciderũt:quin eo uiuẽte nullus barbarorꝫ exercitus Epirũ ingredi(ut ita dicã)& ĩuadere auſus eſt. Prius.n. Amathes pater Meumethis cũ omnibus copiis ad eius oppugnationem acceſſit:Quam qum expugnare non potuiſſet/ex nimia indignatione/& dolore cõſumptus ĩteriit/Poſtea uero Meumethes/ in cuius deditionem nuperrime uenit/ uallo eam undiq; circundari conatus minime expugnare potuit. Hanc urbẽ tam munitã Carolus quidam Sophia Regulus Epiroticus cõdidit/ prius uallo/cratibuſq; eã ſepſit/ deĩde fortiſſimis muris cinxit/Nõ lõgo poſt tpis ĩteruallo/ a Balſichis/de qbus ſupra memorauimus ĩnterfectus eſt.Qui tũc Scodrã & totã fere Epirꝫ tenebãt/& tũc Croia potiti ſunt.Verꝫ quin Balſa ætate minimus adhuc(ut iam diximus)ſupſtes eſſet/ aliis duobus fratribus extinctis/a turcis:qui tunc primũ in Macedoniã/& Epirꝫ irruperũt/quibus ipſe inuicti aĩ nõdum uniuerſis copiis collectis/nec ſatis ad bellũ ĩſtructus/ nõ ſubſidiis firmata acie/nõ equite apte locato incaute incõſulteq; agmine trepido/ac tumultuãte/licet ĩſe

ſto occurrerat:in inſidias præcipitatus in fugã cõuer
ſus/ac obtrũcatus eſt.Poſt cuius cædẽ Barbari Croia
potiti ſunt/& Alba græca: quæ Epiri eſt/ac ẽt Caſto
rio. Sed Croia nõ diu ſub turcaꝝ ĩpio mãſit:Nã ma
gnanimus uir/& egregius princeps Epirotaꝝ Scãder
begius eã a tyrannide barbaroꝝ principe Amurathe
ſtrenue liberauit/quã qũ quinq; & uiginti ãnos poſſe
diſſet/uergẽs in ſeniũ/ueritus/ne denuo aliquo mõ a
barbaris opprimeret᷑/prĩcipi Venetoꝝ eã libere tradi
dit.Sed ad ꝓpoſitũ redeamus.Deſcẽdebant quotidie
ex lacu:qui eſt Scodræ ꝓximus/de quo ſupra memo
rauimus/multi lineres & monoxili Epiroticoꝝ:qui la
cũ ipſum incolebãt per oſtiũ/& fauces Bolianę in ca
ſtra barbaroꝝ tumultu quodã repẽtino ruentes mul
tas cædes atq; dãna hoſtibus ĩferebãt:Alios enim tru
cidabãt/alios in captiuitatẽ redigebãt/& equos/aliaſ-
q; res auferebãt.Itaq; aſſidue: ſed maxime nocturno
tp̃e hoſtes ipſos plurimũ uexabãt.Quod qum aĩad-
uerterent Barbari:ut huiuſmodi incurſiõibus occur-
rent:ſtatuerũt biremes extruere:quibus abſolutis/ ac
celeriter pactis:ĩ loco ꝓpe urbẽ:q Cathilina dr̃/lacũ ip
ſũ cõſcẽdebãt: & quotidie cũ xp̃ianis ꝑliũ nauale cõ
ſerebãt:hac rõe barbari caſtra ſua/ne a xp̃ianis agita
rent᷑/tutabant᷑.xii.uero kal̃.Iulias ĩ uertice mõtis baſ
ſę caſtellũ ligneũ ĩſtar theatri erexerũt:quo artifices/
& architecti/machĩarũq; ꝑiti ſępenũero ſe recipiebãt
ut urbẽ ipſam undiq; cõtẽplarent᷑:& locũ aptiorẽ tor
mentis/ac machinis/ qbus muri exciderent᷑/ eligerẽt.

De Croiæ receptiõe.

De bire-mibꝰ bar-barorum.

De caſtel lo/ & tur-ribꝰ ligne is a barba ris erectis.

Poſtridie uero nõ lõge a caſtello turres quatuor/ uelu
ti quaſdam arcas ſubſtruxerunt: Q uæ ex trabibus
deſectis : ſimulq; compactis conſtabant: eaſq; ſaxis
grandioribus impleuerũt:ut tormenta/ & machinæ:
quæ in harꝝ medio collocata erãt/ſimul & ipſi artifi/
ces tuti eſſent:ne ab oppidanoꝝ tormentis opprime/
rentur. Erant autem ſic diſpoſitæ/ut inter binas ſin/
gula tormenta collocata eſſent:nec ſuis ualuis care/
bant:ut qum opus eſſet:aperiri / & occludi poſſent.

Decẽ mi/
lia camel/
loꝝ in ca/
ſtra appli
cuerunt.

Sub idem tempus circiter decem milia camelloꝝ in
caſtra bellicis inſtrumẽtis/aliiſq; rebus onerata appu
lerunt:qui poſt montẽ Baſſæ/prope torrentẽ/qui cli/
rus dicitur/ſarcinis ſuis exonerati ſunt. Decimo aũt
Kľ.Iulias duo maxima tormenta ad muros euerten/
dos barbari inter arcas illas collocarũt:Q uoꝝ alteꝝ
ſphærica ſaxa pondo quadringentoꝝ.Alterum uero
trecentoꝝ torquebat:quo die ſeptem tantũ ſaxa in/
torſerunt:quoꝝ primum radices turris:quæ ad por/
tam magnã ad murorum munimentum poſita erat/
percuſſit. Secundum uero ſtationem quandam/quæ
portæ ſupradictæ eminebat:ubi uigiliæ nocturnæ
ducebantur:decuſſit.Poſtridie matutino tẽpore ma/
gnus numerus Aſappoꝝ ad ſex milia in caſtra ue/
nit/plures/diuerſoſq; manipulos ſecum afferentium.
Sunt autem aſappi milites bello/militiæq; ſatis apti/
atq; inſtructi:Q ui poſt ianizaros ſecundũ locum te
nent.Differunt tamẽ inter ſe habitu:nam illi pileum
rubeum ferunt. Iſti uero candidum:uterq; tamen pe

Barbari
duo tor/
menta ad
muros de
duxerũt.

Magnus
numerus
Aſappoꝝ
in caſtra
uenit.

Q uales
milites ſit
aſappi.

deſtri milite conſtat. Quo die nouies tormentorum ictibus barbari urbis muros concuſſerunt:Poſtridie uero octies:Perendie ſepties. Et hactenus duobus tm̄ tormentis urbis mœnia deformarũt. Sexto uero Kł. Iulias Barbari tertium tormentũ ad muros urbis di/ruendos in plano ad radices montis baſſæ poſuerũt: ſupra uiam, qua Driuaſtum itur:Quod torquebat ſaxa pondo quadringentoꝝ,quo die nouẽ & uiginti ictibus muros percuſſerunt:Eodẽq; tempore circiter duo milia Aſappoꝝ & uia drinonis in caſtra perue/nerũt,plures,ac diuerſos manipulos ſecũ afferentiũ, Poſtridie uero ſaxa octo,& uiginti torſerũt:Sequẽti uero uiginti ſex:Et cõplures aſappi eadem uia in caſtra confluxerũt:Simul & quartũ tormentum ab his in umblico fere eiuſdẽ montis baſſæ e regione urbis ſupra templum diuæ uenerãdæ collocatũ eſt:Quod ſaxa pondo ſexcentoꝝ, & quinquaginta emittebat: Sed eo die nullus ictus urbi ab his incuſſus eſt. At Kał.Iulii.triginta quattuor ſphærica ſaxa in muros detorſerũt:Et ſub ſerum diei octingenta ferme im/pedimẽta a fluuio drinonis in caſtra præmiſſa ſunt: Quo iam magnus turcaꝝ princeps Meumethes cũ reliquis copiis,atq; apparatu ſuo inſigni peruenerat: Cui præfecti nouæ romæ,& Aſiæ cũ ſumma põpa, & lætitia obuiã ierunt. Is ſexto nõ.Iulias,ante ſolis ortũ cũ omni delectu ſuo,atq; ornatu equo inuectus ad locũ,quo tabernaculũ ei cõſtitutũ fuerat,ꝑfectus, Quẽ,ut urbis ſitum circũſpexit:agrũq; oculis perlu

Tertium tormẽtũ.

Duo mi/lia aſap/poꝝ in caſtra perue nerunt.

Cõplures aſappi in caſtra cõ/fluxerũt.

Quartũ tormẽtũ.

Octĩgẽta ferme ĩpedimẽta in caſtra prĩcipis præmiſſa ſũt.

Aduẽtus Meume/this.

ſtrauit: cum laudaſſe magnopere ferunt: Sed de urbe hæc ipſum dixiſſe: o quã præclarum: & ſublimẽ locũ Aquila ſibi delegit: ubi ad excludendos pullos nidum conſtrueret. Locus autem: in quo tabernaculum Meumethis collocatũ erat: ita ſe habebat. In plano tentoria nouem ipſius principis poſita erant: Quorum maximum conſilii appellabatur: cætera deinde intra iactum ſagittæ cõtinua ſerie cohortis eius altiſſimo fortiſſimoq; uallo munita: atq; circumualata erãt. nã ianizari ex omni parte inter ſe connexi ĩ modum coronæ aſtabant. Dicebatur autem locus iſte circulus: & clauſtrum prĩcipis: cuius ambitus duo milia paſſuum: & amplius continebat: Vno tantum exitu: ſiue porta: quæ a peruigili ſtrenuiſſimoq; milite aſſidue cuſtodiebatur: nam antequam ad ipſum principem aditus pateret: per tres ordines fortiſſimorum ſtipatorum tranſitus fiebat. Deinceps uero reliqua multitudo exercitus barbarorum diſpoſita: circũquaq; extra clauſtrum: & circulum ipſius principis totam tellurem occupauerat: Adeo: ut circiter quadraginta milia paſſuum campi omnes: & montes undiq; tẽtoriis albeſcerent: haud aliter. Quã qum brumali tempore tota terra niue cooperta: candida fit: nec in medio aliquod interuallũ dephendiſſes: ita oĩa loca tẽtoriorũ referta erant: nec ceſſatũ eſt per aliquot dies: quin continue recẽtes in caſtra barbari aduẽtarẽt. Ex quo rerum periti: & qui alias cum ipſo Meumethe militauerant: cẽſuerũt. ccc. & quinquagĩta milia barbarorum in

Deſcriptio loci & circuli Meumethis.

caſtris fuiſſe: Quę tam inumera pene multitudo fi/
deliſſimos chriſtianos ad contemplationem, & admi
rationem ſui traxit. Muros autem, & uallum aſcen/
dentes primo aſpectu non parum territi, & contur/
bati fuere: qum tantam ſæuiſſimorum barbarorum
multitudinem in exitum ſuũ, & perniciem collectã,
& accenſam aſpicerent: Sed qum animaduerterent
agi de omnium ſalute: & citam mortem, aut uictoriã
lætam inſtare, Quo animos fortiſſimos, & conſtan/
tiſſima pectora ad pugnam præpararent, concionem
omnium ciuium, Italorum, Epirotarum, & naualium
militum in ædem Intemeratæ uirginis conuocarũt.
Tũc Bartholemæus Epiroticus ſacræ Theologiæ ma
gnus aſſertor ordinis prædicatorum, Vir quidẽ pru/
dens, magnæq; auctoritatis, diſertus, corpe decorus,
haud obſcuro loco natus: qui olim dum nõdum ſa/
cris initiatus eſſet, ſtrenue, præclareq; rem militarem
ſub diuo Scãderbegio aduerſus Turcas geſſerat: eo
rumq; uitã, mores, actaq; q̃ optime nouerat: & in Ita/
lia quoq; ſub clariſſimis ducibus ſtipẽdia multa me
ruerat, Ac tãdẽ ſpũs ſãcti numine afflatus, diuinoq;
lumine accẽſus, derelicta ſæculari uita, ad religionẽ,
& cõtẽplationẽ ſeſe receperat: in qua diu uitã cælibẽ
traduxerat. Is ita publice concionatus eſt.

Numerus uniuerſi Barbaroꝝ exercitus.

Oportet uiri optimi, & commilitões ſtrenui, eos mul
ta grauia, aſpa: ac dura ſubire, ac ppeti, qui ad ueram
gloriam nitunt̃, hoc. n. pacto uirtutes magis, magiſq;
eluceſcant: ꝓclarioreſq; reddant̃, hiſq; homines in al/

Oro Bar/tholemæi fratris.

tum/ſublimeq; ꝓuehant̃ neceſſe eſt. Traditum eſt.n.a ſummis uiris ꝓclariſſima queq; laboribus aſſiduis/& uigiliis confici. Premia uero ſudoribus/ac duriſſimis rebus repēdi. Vnicuiq; noſtrum ꝑſuaſum ſit:nos oēs huc ſolo dei mutu/ uolūtateq; cōueniſſe: ut hæc urbs noſtra ꝓclare/glorioſeq; diuino eius numine fauente a tyrānide/ tātæq; barbaroꝝ multitudīs excidio uir/ tute ueſtra hac tēpeſtate defēdat̃/cōſerueturq;: Et ut fides Orthodoxa minime peſſum eat:Sed ad ſūmū ſplēdorē ꝓuehat̃:Et ut tyrānus hic inſolētiſſimus & ſæuiſſimus tādē certiſſimis ſignis exploratū hēat/ſo lam fidē xp̄ianā uerā eſſe/& īdubitatā:& xp̄m domi nū nr̄m:cuius nomen ꝓfitemur/colimus/ueneramur/ ueꝝ eſſe & unicū Deum/oīum patrē/creatorē/recto/ rem/cuius nutu cūcta regunt̃:& tyrannoꝝ oīum uio lenta imperia ſtatim cōcidāt/& uires/quātæcūq; ſint/ corruant:& momēto collabant̃. Nec īpiiſſimus/atq; inſolētiſſimus iſte tyrānus ſibi ꝑſuadeat/ ſperetq; ex eo quod tot regna/tot īꝑia/tantas urbes/atq; ciuitates expugnauerit/& eripuerit:urbem hāc quoq; e mani/ bus noſtris ui/dolo/aut metu aliquo ſubtrahere poſ/ ſe/potiriue.nā nemīnē ueſtrū ignorare arbitror/quē/ admodū o milites ſubdolus hic/nefanduſq; tyrānus locū nullū munitū xp̄ianoꝝ ui aut armis expugna/ uerit:Sed dolo ſemꝑ/ſiue ꝓditiōe/aut deditiōe facta multis pollicitationibus oppreſſerit:quas quidē/& fi dem datā cuipiā nūq̄ ſeruaſſe palā eſt. Parcet ne:igit̃ uobis O Scodrēſes:ſi ī deditionē recipiet̃ Seruabit

ne uos impunitos truculentus Ottomanus:a quibus
tot cędes/tot contumelias paſſus eſt? Nõne memoria
tenetis nunc quartũ agi annũ/Ex quo ſuperiori bel-
lo:quod uobiſcũ geſſit/tot millia ex ſuis a uobis cæ
ſa amiſerit? Ignoſcet igitur uobis? Dimittet ne uos
impune? minime ꝓfecto. Diſcerpet mẽbra ueſtra:&
ut lanii pecora in macello:ita uiſcera ueſtra dilania-
bat. Nonne Croienſes finitimos noſtros: quos heſter-
na die in deditionem hac lege acceperat:ut eos inco-
lumes abire ſineret:oẽs acerbiſſima morte affecit? In
Myſia nonne etiam regem:qui ſeſe certo fœdere cũ
patruo ſuo dediderat Meumethes ipſe: qui ſangui-
ne humano exſaturari non poteſt/ſua manu(ut fer-
tur)iugulauit? Raſianis principibus nõne oculos eru
it? In deditione Theodoſie urbis: quæ nunc capha di
citur in Taurica ripa poſita quot chriſtianos:quibus
fidem dederat trucidauit? In leſbo quot puberes pa-
lo tranſfixit? De aliis quid dicã q̃plurimis/quos om-
nes/uix infantibus parcens uiolata fide:& contra iu-
ra fœderis dire necauit? De quibus ſi ſigilatim recẽſe
re uellẽ ſane nimis prolixus eſſem. Sed quid hoc mi
rum o commilitones mei? nam quo pacto quis alteri
quo prorſus ipſe careat/præſtare poſſit? Q um enim
hic perfidus ſemper fuerit/quomodo fidem nulli ſer
uare poſſit? Ad hoc accedit ꝙ omni uitio intemperã
tiæ/perfidiæ/atq; omni uitio intemperantiæ/perfidię
atq; ſuperbiæ contaminatus ſit/& a teneris(ut aiũt)
unguiculis animũ ſuum crudelitati/inſolentiæ/ libi-

dini/auaritiæ/ flagitiis deniq; oibus aſſuefecerit. An igitur credibile/ut impius/impuruſq; animus his omnibus innutritus in ſenectute iſta deponat:quę iam dudum ab incunabulis/& a natura inſita habet?Nemo .n.in aīum inducere pōt:ut tot & tanta iuſte poſſideat/cū illum tam breui tantā imperii molē propagaſſe uideat.Omnia profecto cōtra ius faſq; ſibi uindicauit/in rebus.n.quicquā habuit:diuina/atq; humana eodem modo polluit:cuncta doloſe/perfide/atq; libidinoſe ſemper egit:Nullus eſt inceſtus/ nullum ſtuprum/nullum adulterium:quod nō nefarie commiſerit.Hic templa uiolauit:hic ſacerdotia omniū ſuſtulit:hic ordines confudit: regna fœde contaminauit: quicquid religionis/quicquid dignitatis/quicquid honeſti fuit/leges/inſtituta uitæ/mores/fidem omnē/honeſti partes/rectā diſciplinā perdere/ atq; confundere ſemper ſtuduit.Hæc ſunt/quæ nos ad īſidias tāti tyranni uitandas admoneant.Aures noſtras eius illecebris occludamus/non uerba/non minæ nos moueāt/ Pollicitationes eius penitus reiiciendę ſunt/omnia.n. ſcælera/omnia flagitia omnē tyrānidē exuperat. Plura quidem catholicis polliceri conſueuit/quo in poteſtatem ſuam redigat: quorum nemini unq̄ pepercit: ſed eorum cruorem ueluti tigris truculenta ſemper appetiit. Sed quid hæc tam multa ad perſuaſos? Bono ſum equidem animo/cum nos omnes inflammatos/accenſoſq; ad tuendam fidem catholicam uideā: Et fortiſſimos intrepidoſq; ſpem q̄ optimam uicto/

riæ in hoſtem concepiſſe. Præterea conſtantiam ue/
ſtram/ac millies(ſi daretur)pro fide orthodoxa/ uenę
toq; imperio deſiderium expirandi/hoc eſt/ quod me
lætum/me alacrem/me intrepidum reddit: nam om/
nes unanimes eſſe intueor/nihil inuicem diſcrepare:
ſed omnibus eundem animum/eandemq; ineſſe uolũ
tatem / promptiſſimos labores ad opera die noctu/
q; peruigiles indefeſſoſq;:Et quod ſummum eſſe exi
ſtimo/ omnes diuinis maxime intentos/ Deum ſum/
mum/optimũq; omni cultu/fide/ac pietate colere/ ob
ſeruareq;:qui quidem cum fidelibus ſuis ſemper fa/
ueat/ac ꝓpicius ſit/quid eſt/quod timeamus? Quod
nos dubios trahat? Quis erit contra nos? Quis no/
biſcũ ſub tutela diuini numinis pugnare audebit?
Veniat igitur Meumethes ille:quem tot/& tanta geſ
ſiſſe ferũt cum ſpaolanis ſuis/charaſſariis/Anguriis/
polluis:cutagiis/Menteliis/Sarchanis/ Aidinis/carai/
lis/pigiis/pruſiis/macrinis/Alagiis/Amaſiis/concellis/
meneſeniis/giagidis. Veniãt Caramani auxiliares/ &
ſocii ſui/Veniant urcatinogli/candelorii/& oẽs aſiati/
ci/ueniant item Turcambei/Auranes/ caſtorie/ ſerre/
Conſtantini/Sophiæ/nicopolæi/ Zachariæ/ Zermai/
Zurulli/calliopolei/Sfircæ/Scopiæ/coiaziæ/garippi/
des/ Saluatarii/ Magullides/ Veniat præterea Otto/
manus ipſe longe ſtipatus Salefrariis ſuis/ olofan/
ziis:muſelinis/Aſapis/mihiis/ caripiitleriis/ dochan/
ziis/ Achanziis/ Ianizaris / uniuerſaq; cohorte ſua:
Veniant præterea ambo Baſſe / & nouæ Romæ/ &

Aſiæ cũ omnibus legionibus/& cõpiis ſuis. Veniant poſtremo uniuerſi barbari/qui ſub potente Meume/the ferociſſimo/ſuperbiſſimoq; tyrãno militant/oblatrent circum urbis muros/Exclament/irruant in nos tormẽtis omnibus/atq; machinis:ut facere cõſueuerunt:contorqueant in nos miſſilia cuiuſuis/generis/ſpargant ſagittas undiq; in modũ roris.exerceant demũ omne tormentoꝝ/machinaꝝ inſtrumentorumq; militariũ genus/quod omnis ætas adhuc excogitare potuit/uel poteſt.Q uid ad nos? omnia enim ſuſtinebimus:omnia pferemus:omnia deniq; ſuperabimus/ac peruincemus:quia uirtus dei nobiſcũ eſt.Dextera domini pro nobis pugnabit. Q uis.n.potẽtiſſimum/duriſſimũq; Pharaonẽ perculit peſſundeditq;/niſi manus dei? Q uis iſraeliticũ populum de manu eius ab ægyptiaca ſeruitute liberauit? Q uis primogenitos omniũ Pharaonis populoꝝ occidit? Q uis mare rubrũ diuiſit? Q uis Olofernẽ maximũ ducem Nabuchodonoſor proſtrauit? Q uis populũ ſuũ liberauit: qui in captiuitatẽ breui redigendus erat/niſi deus:eo occiſo/capiteq; a Iudith obtrũcato? Hic profecto benignitate ſua populũ ſuũ electum ſub Aſſuero rege captiuũ:cũ Aman crudeliſſimus:ut is populus trucidaret/omni ui/& conſilio intenderet exitiali iam ſententia damnatũ eripuit.Hic inquã Abraã illũ ſummũ patriarchã de manibus Chaldęoꝝ:& filiũ Iſaach de gladio/& imolatione patris liberauit:Iacob de pſecutione Hęſau fratris/& Ioſeph de inſidiis fratrum

ſuoꝝ:Noe a diluuio|Loth ab euerſione ſodomorum?
Saulē in monte gelboe|Dauidē regē a ui|& oppreſ/
ſione Saulis|& Golię gigantis|Tres pueros|Sidrach|
Miſach|& Abdenago de camino ignis ardentis?Io/
nam de uētre ceti|& Addā de profundo inferni|Pe/
trū de naufragio|& Paulū de uinculis|& carcere ex/
traxit.Q uid alios quoq; cōplures|ac innumeros cō/
memorem?Q uos omnes deus ſua ſumma potentia
protexit|atq; defendit.Itaq; o milites hunc inuocate:
hunc pia puraq; mente|colite:huic uos humiles|ſup/
plicesq; cōmendate:cor animūq; ueſtrū dedite:nam
ipſe pro nobis pugnabit:nos urbēq; noſtrā a feritate
immanitateq; ſpurciſſimi|nefandiq; tyrāni uindica/
bit|euelletq;:Scriptū eſt.n.niſi dominus ciuitatē cu/
ſtodierit|fruſtra uigilant:qui cuſtodiunt eā. Ad hym
nos|ad preces uos cōuertite:quibus peccata delentur|
pœna pro his debita imminuit̄:hæ enim nubes pe/
netrant:oranti præſidiū afferunt:Aduerſario uero in
cendiū.Q uodcunq;|O milites a deo immortali ſup/
plici mēte petieritis|abſq; dubio reportabitis:Rectæ
enim p̄ces inefficaces eſſe nō poſſunt:Impetrāt|exo/
rant.Q uis.n.Albam græcā|quā noſtri Belgradū uo
cant a manibus|furoreq; huius ſęuiſſimi|inſolentiſſi
miq; tyrāni protexit|niſi preces?Danielē de lacu leo/
nū|Suſanā de falſo crimine quis liberauit|niſi hæ?
Plus.n.Moſes precando perfecit|q̄ Ioſue pugnando|
nā de Moſe legit̄ in bello malechithaꝝ|quod eo pre
cante Iſrael uincebat|eo a pręcibus ceſſante populus

fugabatur.Nōne Theodoſius im̄pator ille ſenior ſuis
pręcibus nō ſine miraculo de Eugenio/& Arbogaſtē
uictoriā reportauit:cū tela/& iacula hoſtiū uiolētiſ-
ſimus uentus in ipſos retorqueret/illa uero Theodo-
ſii ſupra uires humanas in eoſdē inferebantur. Igit/
O chriſtiani fideliſſimi pręces omnes pura/& integra
mente ad redemptorē noſtrū effundite:in illis ſpem
ponite:cōfitemini peccata ueſtra:Euchariſtiā/quo ar-
dore/qua reuerentia decet ſumite/Vos quoq; ſacerdo
tes religioſiſſimi omni pietate/cultu/& quibus pote-
ſtis pręcibus deū īmortalē flectite:nec dies/noctesq;
a ſacris hymnis ceſſate/ut populus chriſtianus de ho
ſte ſæuiſſimo uictoriā clariſſimā cōſequatur.Credite
omnes/o fideles in deū protectorē noſtrū:ī quo ſpes
quidē nullū fruſtratur:cōfidite ei:quia nos perire nō
ꝑmittet:nos ab omnibus periculis liberabit:hoc inter
cætera uos impellere:cōcitare debet/ut nō uitæ/nō ſa
luti parcatis/cū nobis munus defendendi totā catho
licā fidē/& omnes chriſtianos iniunctū ſit. Anne uo-
bis patrū hoc uidet?Quod in hac expugnatione ho
ſtili/& ſalus/& iactura uniuerſæ reipubu.chriſtianæ
poſita ſit.Quare ab aſtutiis/ac uerſutiis/& dolis bar
baroꝝ cauete:in quibus plurimū huiuſmodi genus
hominū uerſatur.Laborate/inſudate/uos urbēq; ue-
ſtrā uallis/cæteriſq; præſidiis/ac munimentis firmate:
die/noctu inuigilate.Scriptū eſt.n.uigilantibus data
eſt palma/datus eſt honor/his quoq; præmiū.Sed qd
hæc?cū currentes(ut aiunt) excitē/nā perſpicio uos

omnia:quæ ad urbē tuendam/ueſtramq; incolumita
tem conſeruandam neceſſaria ſunt/ultro/& certatim
ſubire.Bono ęquidem ſimus animo:nā ad uictoriam
nobis nihil profecto deeſt:In portu ſumus/& in tuto
Arma/tela/bellica/inſtrumenta/munitiones/ præſidia
omnia nobis abunde adſunt:non hic enim eſt multi
tudo imbellis/& inutilis/non lixæ/nec coci/non mu/
lieres/non infantes/non molles/neq; effœminati/uiri
quidem omnes ſumus/ad arma prompti/belloq; ex/
perti/nec eſt φ multitudinem barbarorum admiremi
ni/aut formidetis:nam eorum maior pars ignaua/&
deſes potius prædæ/& latrocinio aſſueta/q̄ præliis/&
oppugnationibus/nos præterea munitiſſimus/& na/
tura/& arte locus tuetur.Eſt enim mons arduus:uiæ
anguſtæ/& aſperæ.Decem ex noſtris/mille facille de
trudere poterunt:nam hoſtes in aſcenſu magnopere
laborabunt/Etiam nullis repugnantibus feſſi admo/
dum ad urbis muros uenirent. Iccirco nos integris
uiribus/& recentes/hoſtes quanto frequentiores erūt/
tanto maiori ſtrage/cęde/& ruina ad ima montis prę
cipitabimus/primi cadent/& medii. Vltimorum uix
aliq̄ pars ad ſuos tutū receptū habebit/Turpiter ter/
ga dabūt/& eos/qui altera oppugnatione ſucceſſuri/
penitꝰ terrebūt.Q uā obrē fortiſſimo/& lętiſſimo aīo
uanos:& irritos barbaroꝝ īpetus expectate:hoſtē te/
merariū:& ī manifeſtā mortē ruētē irridete.Hęc erit
æterna laurea/hoc cōſpicuū īmortalitatis diadema/
hęc palma/hęc uera uictoria uīa/nūc nomē ueſtrum/

nunc urbis toto orbe celebrabitur. Deinceps oẽs gen
tes/& natiões Scodrã ſcutũ/& clypeũ uniuerſæ fidei
Orthodoxæ ex uirtute ueſtra merito appellabũt.Pro-
inde o Itali uiri religioſiſſimi/& ingenioſiſſimi/ut ma
gnanimitatem / ingenuitatẽq; ueſtram decet/fortiter/
alacriterq; aduerſus hoſtẽ pugnare/urbẽq; & mœnia
diui Marci memores audacter defendite. Vos quoq;
maritimi uiri chriſto deditiſſimi robuſtiſſimiq; & in
trepidi/qui ſemper barbaros oppugnare cõſueuiſtis/
ueſtra ſolita acrimonia/fortitudineq; eos perterrefa-
ciendo in fugam conuertite. Voſq; cæteri ciues/& cõ
terranei mei/uiri catholici/fideliſſimi/ & cõſtãtiſſimi/
urbem/patriãq; ueſtrã ferro/uel ſi moriẽdũ ſit acriter
defendite:cui quantũ uos debeatis quis ignorat? In
hac primũ nati eſtis/cõmunẽq; aurã hauſiſtis. Q uid
beneficia cõmemorẽ/quæ ab hac recepiſtis. Hæc uos
tute aluit:honeſte ad hanc ætatẽ perduxit: bonis legi
bus/optimis moribus/honeſtis diſciplinis ĩſtituit. Præ
terea parentes/uxores/filios chariſſimos/fortunas de-
niq; ueſtras reſpicite:pro quibus nullũ diſcrimẽ a uo
bis fugiendũ eſt:oĩa pericula ſubeunda ſunt. Itaq;/ut
compotes uoti eſſe poſſimus/uos magnope hortor/ut
prius crucis ſacre ſignũ aſſumatis:pectora ueſtra illo
muniatis/cuius admirabili ui Eraclius ille romanoꝝ
imperator de coſdroe hoſte maximo pſaꝝ rege Triũ
phum reportauit:hoc etenim inuictiſſimo ſigno glo-
rioſoq; fracta ſunt Tartara/humanũ genus liberatũ
eſt. Vexilla eius in muris/propugnaculis/ſtationibus/

& ubiq; erigite:cuius quidem numine/benignitateq;
omnes ciues tuti/& incolumes erunt/Si ante ſignani
ante uos ferrent. Quoties uobis decertandũ erit cũ
barbaris tuto in pugnã deſcendere:pericula ſtudioſe
ſubire:hoſtẽ fortiter animoſeq; pro fide Orthodoxa/
pro libertate/pro ueſtra/urbiſq; ſalute/ac incolumita-
te proterere/ac profligare poteritis:cũ preſertim bar-
barorũ primus impetus repentinus ſit:poſt quem ſta
tim molleſcunt:& eneruati in fugã cõuertuntur.Sed
quæ gloria/quæ gaudia/quæ præmia æterna noſtris
præparata erunt:qui egregie/ſtrenueq; pro fide dimi
cando ceciderint:ad ꝑpetuã enim fœlicitatẽ/& ineffa-
bilẽ tranquillitatẽ cuncti tranſmigrabunt:ubi æterni
regis aſpectu laurea martyrii decorati/perpetuo ſem-
piternoq; æuo perfruentur:hiq; cæleſte melos/q̃ ſua-
uiſſimos cõcentus/& hymnos inter choros angelorũ/
ĩmortalitatis decore ueſtiti glorioſe referent:hoſteſq;
ſuos impiiſſimos in æternæ calamitatis abyſſo dila-
niatos/& extortos contẽplabuntur.Qui uero diuino
numine ſuperſtites fuerint/talẽ ſuorũ laborũ mercedẽ
a Veneto ſenatu reportabunt:ut eis ad honeſtandã/
& alendã uitã nulla res defutura ſit. Hæc qum locu-
tus fuiſſet tantus fuit omniũ cõſenſus/ut ſtatim oẽs
pro fide catholica/pro impii Veneti ſalute ſe deuoue-
rint/cõiurarintq;/quicquid ĩgenii. Quicqd uiriũ ſibi
eſſet/id omne abſq; mortis terrore expoſituros. Subi
to ſe oẽs inuicẽ cõplexi ſunt:& ĩ mutua oſcula abie
runt:euchariſtiã deinde pia mẽte/& religioſo pecto-

barbarorum impetus

re ſuſceperunt/ædes ſacratas ingreſſi deũ immorta/lem/& ſanctos omnes/præcipue diuum Marcũ prę/cibus exorare/& inuocare conati ſunt.

Primus pugnę apparatus.

Interea hoſtis opus ſuũ/& negociũ ab eo iã cœptũ exequebatur/& ad excidiũ murorꝝ/ac ruinã continue magis intentus erat/nã die/qua ipſe uenit/ſex & triginta ſphęrica ſaxa Ottomani in urbẽ cõtorſerunt. Et quoniã in prępar**ã**dis reliquis tormentis & machinis/quibus muros diruerent/& ciues uexarent/poſtri die quinq; tñ/& triginta ictus urbi inflixerũt/Altera uero luce/hoc eſt tertio nonas Iulias/duo alia tormẽta ad mœnia ſubuertenda barbari poſuere:quorꝝ alterũ a latere urbis oriẽtẽ uerſus collocarũt iuxta drinonuli ripã:qui radices montis urbis alluit:quod lapidẽ pondo ſexcentorꝝ torquebat. Alterꝝ autẽ in medio montis baſſę/infra beati Lazari tẽplũ:quod qdẽ ingens erat/Torquebat.n.pila ſaxea mille/& ducentorꝝ pondo/Dicebatᷣ autẽ tormẽtũ principis:ſub cuius noĩe/maximo artificio/ac diligẽtia cõflatũ fuerat/Ex quo barbari/qum primũ urbẽ uexare cœpũt/obſeſſis/ut principis tormẽtũ expectarent/minati ſunt. Circunferebatᷣ.n.principis ipſius uxorẽ/æs ad id cõflandũ/quod in ſalutẽ animę ſuæ cederet/miſiſſe/barbaris nãq; hoc ex moribus ſuis/& legibus pſuaſum eſt.Quantũ ſæuitiæ/in chriſtianos exercuerint/tantã ueniã/& remiſſionẽ peccatorꝝ ſe reportaturos. Dehĩc barbari/ſex tormẽtis maximis urbẽ expugnare cœperunt:primũ tribus & quadraginta ictibus muros

Duo alia tormẽta.

quaſſarunt, Luce ſequenti ſeptem, & quadraginta: & magnus numerus barbarorum ultra bolianā caſtrametatus eſt. Proxima uero nocte barbari aliud tormētū in montē baſſæ collocarūt, quod circiter quingētorū pondo, & quinquaginta ſaxa uoluebat. Pariter, & prima noctis uigilia tormēto, qđ mortariū uocant, quod pridie clā defixū fuerat, globos igneos in urbē cōtorquere cœperūt ī domos, & tecta, ut urbē ipſam accēderent: ſiue hac ſpe ducti, ut dū oppidani: & alii milites, nocturno maxime tpe ad ignē extinguendū concurrerent, ipſi urbē intrarent: eaq; potirent̄, qua nocte quattuor tātū globos igneos, iaculati ſunt. Erāt enim huiuſcemodi maſſę, ſeu globi ignei, qui uix extingui poterant, ex reſina confecti, pice, ſulphure, cera, oleo, aliiſq; ſimilibus rebus ad fouendū ignē idoneis: Qui quidē ut primū tectis adhærebant, ea accendebant. Ferebantur enim huiuſcemodi globi celeri impetu, ſummaq; ui p auras nimio quodā ſtridore, & ueluti ſibilo perſtrepentes, ut ſpiritū uociferantiū crederes: hi caudā igneā, flammāq; uehementiſſimā ſecum trahebant ſimilē cometæ: Quæ nocturno tempore aere accenſo inflāmatoq; longiori, lucidioriq; coma in modū ignis, cęlo ꝓgredit̄, hiſce dolis, atq; aſtutiis barbarorum ꝑpulchre oppidāi occurrerūt, nā depħēſa, cognitaq; eorum machinatiōe, atq; fraude (nihil enim in urbe niſi cōſulto fiebat: & omnibus periculis cōſulebatur) nonnullos uiros ſtrenuos, & celeres elegerunt: Quibus tale munus iniunctum eſt: ut detectis domibus:

Aliud tormentum.

Tormētū quo globi ignei ī urbē cōtorquebant̄.

Quibus mixturis globi hi confecti erant.

Aliud mortariū.

quæ ligneis ſcandulis tectæ fuerāt/ſublatiſq; eoꝝ tectis/ſummo ſtudio/atq; prōptitudine his temporibus inuigilarēt/quibus ignis ille doloſus in urbē īmitteretur:ut qū primū ſuper tecta caderet/ab his ocius extingueretur. Quod cum ab oppidanis accuratiſſime/ exactiſſimeq; obſeruaretur/ Barbari ſemper incaſſum conati ſunt: & eorum in hoc labor ad irritum cecidit/Pariter eo die urbis muros quadraginta duobus ictibus tormentoꝝ ualde concuſſerunt. Altera uero luce/quæ erant nonæ iulii quinquaginta ſex/qua barbari aliud tormentū deuexerūt miræ magnitudinis ad radices mōtis urbis e ſeptētriōe ſup delubrū beati Blaſii/Quod noſtra ætas mortariū appellat:quo ſaxum Sphæricum mille/& ducentoꝝ pōdo in altiſſimum cæli ſpaciū rotabatur: cuius quidē deſcenſus tanta ui impetuq; deferebatur:ut omnes/qui urbem tutarentur:nihil magis formidarent:nā quicquid decidens tangere poterat:id totum tanquā flamma quædam/& quodā ueluti caſmate deperibat/conterrebaturq;:non aliter/q̃ quæ iactu fulminis aut diſcutiuntur/aut aduruntur/domos/& tecta penetrādo penitus diruebat:ſi in terram tātūmodo cecidiſſet/ in eam palmos duodecim defigebatur. ſi in ſaxum aliquod illiſum fuiſſet/in illum tanquam in rem mollē infigebatur:Hoc tormento inuēto ſæcula noſtra gloriari poſſunt:nam quamuis antiqua ſæcula a plurimis inuentis ſe iactent/in multis tamen quemadmodum & in hoc noſtris cedunt.Appoſuerāt enim tur-

cæ huius modi tormentũ exitiale non tantum ad te/
ćta dirruenda/homineſq; opprimẽdos/ĩterficiẽdoſq;/
ſed maxime ad puteos/fonteſq; urbis perdẽdos/euer
toſq;:ut aqua obſeſſi priuarentur. Sed ĩmortalis dei
beneficẽtia barbari in hoc minime cõpotes fuere: nã
& ſi ciues multitudine hoꝝ tormentoꝝ undiq; uexa/
rentur/duos tantũ amiſerunt: Oẽs uero putei incolu
mes mãſerũt:nec ullo ićtu uł minimo tacti ſunt. Ap
pellat̃ huiuſcemodi tormentũ a ſpecie mortarii/quo
cõtũdimus:eſt.n.breue/& craſſum/ Aluei ꝓfundi/ore
ſurſum uerſo ad iaćtũ/caudã uero in ſolo fixã:cuius
quidẽ ſonus ſiue crepitus/mugitũ maris/ & ſtrepitũ
referebat:qum æſtuat:& in altum procellis erigit̃/il/
lius iaćtu/& crepitu totus mons urbis funditus cõtre
miſcere uidebatur: omniaq; in ædibus per aliquod
temporis ĩterſtitium/ & tremere/& reſonare/& ruinã
minari/ contorſit.n.hoſtis eo die ex illo pillas ſaxeas
ſex/ex mortario ignis duos tantũ globos/ex aliis aũt
tormẽtis quadraginta duo. Eodẽ quoq; die aliud tor
mẽtũ barbari ultra bolianæ flumẽ ĩportarunt:quod
ſeptingentoꝝ pondo ſaxa cõtorquebat:quod nõ per
pontẽ/quia illũ euertiſſet/deuexerunt/ ſed mira arte/
miroq; artificio ſubter aquas: more fluuitialis ultra
amnẽ ui extraxerũt.Poſtridie duo alia ĩmenſa tormẽ
ta ex loco/ubi cõflata erant:qui a tergo montis baſſæ
erat/detraxerũt:Q uoꝝ alteꝝ:quod alia tormẽta ma
gnitudine longe ſuperabat/in umbilico montis baſ/
ſæ ſuper ædes ſanćtæ crucis detulerunt: quod ſaxũ

Aliud tormentum.

Duo tormenta.

ſphæricũ pondo mille/ & trecentoꝝ contorquebat: cu
ius quidẽ ſaxi ſuperficies in ambitu nouẽ palmorũ
erat. Alteꝝ uero ad drinonuli riuulũ iuxta alia collo-
carunt: & ab hoc die decem craſſiſſimis tormẽtis ur-
bem uexare cœperunt. ueꝝ eo die/ quo hæc tormenta
poſita ſunt/ uno/ & ſeptuaginta ictibus urbis mœnia
ac mures ualde agitarũt. At Scodrẽſes qũ uaria ma
chinaꝝ/ & tormẽtoꝝ genera ĩ dies magis/ atq; magis
augeri aĩaduerterẽt: ſeq; oĩbus ꝑiculis uitæ obnoxios
eſſe: & per urbẽ minime tuto ĩcedere poſſe: ſtatuerũt
in oĩ ꝑte urbis/ qua turcaꝝ tormẽta poſita erãt/ conti
nuos/ aſſiduoſq; cuſtodes/ ac ꝑuigiles: qui attente/ dili
gẽterq; inuigilarẽt: ut qũ barbaroꝝ tormẽta in urbẽ
cõtorquerent᷑/ cãpanas pulſarent: quo oppidani/ qui ꝑ
urbẽ incederẽt/ ad caꝝ ſonitũ ſibi cõſulerẽt: ſeq; in tu
tum reciperẽt. Rebus itaq; ſic cõpoſitis ad ſignũ ordi
ne ꝑſcripto xp̃iani audacter per urbẽ ꝓficiſcebantur/
ſed tanta machinaꝝ/ tormẽtorũq; uis undiq; ingrue-
bat: Adeo barbari ad exercendũ ea diligẽtes erant: ut
xp̃iani uix munimẽta/ & ꝓpugnacula: quibus ſe tue
rent᷑/ ĩuenire poſſent/ tãta ꝑiter ſaxoꝝ mľtitudo ex di
uerſis uariis tormẽtis emittebant᷑/ ut ſæpenumero in
aere inuicẽ cõcurrerent/ & colliderent᷑ iacula ſagittæ/
uaria teloꝝ genera in urbẽ inſtar grandinis deſcende
bant/ domus oẽs/ & diuerſa urbis loca mortarioꝝ icti-
bus crebris adeo agitabantur: ut dies/ noctesq; nullus
quieſcere/ aut tutus eſſe poſſet. Vallũ oẽm/ aggeres ꝑ-
tim flãmis/ & ardore/ ꝑtim ictibus tormentoꝝ aſſidue

ruebãt.Cãpanis nũq̃ ociũ dabat̃:non locus/non adi/
tus uſquã in urbe xp̃ianis/in quo tuto cõſiſterẽt/repe
riri poterat. Poſtremo.n.neceſſe fuit:ut ſubterraneos
ſpecus ſibi effoderẽt:ibiq; cuniculoꝝ more ꝑcũbẽtes
uitã agerẽt:undiq; anguſtię/& calamitates ĩſtabãt/un
diq; ꝑicula ĩgruebãt/tãta erat uis/ & ĩpetus Ottoma/
ni:ut timor/tremorq; oĩa cõfũderet.Nõ uigor/nõ ſen
ſus humanus pene ſuꝑfuerat/nõ modus/nõ ordo/ nõ
regula aliqua ad ꝑicula/mortẽq; euitãdã ſeruari pote
rat.Tãta erat multitudo/atq; atrocitas barbaroꝝ/co/
pia tormẽtoꝝ cuiuſuis generis/atq; machinaꝝ/& infi
nitas teloꝝ/ſagittaꝝ undiq; miſſaꝝ:q̃bus xp̃ianoꝝ ui
ſcera aſſidue trãſfigebant̃/oẽs hũani ſenſus/ q̃bus ui
ta hoĩum ſuſtẽtat̃/penitꝰ ꝓſtrati erãt/adeo cũcta ſub
cęlo tremiſcere/ac ruere uidebant̃/hinc aliquos ictus
mortarioꝝ ſub tectis opprimebat:illic uero alioꝝ mẽ
bra a machinis/& tormẽtis carptim diſcerpta/atq; di
laniata in diuerſas urbis ꝑtes ſꝑgebant̃/alii ex uallo
ſclopis ꝑcuſſi/& iaculis trãſfixi exanimes decidebãt/
hũanus iã fauor urbẽq̃ deſtituere uidebat̃/oppidani iã
hũanis deficiẽtes nihil dignũ p̃ſtare poterãt:res ad de
ſperationẽ ꝓpe modũ erat/tanto terrori Ottomanus
erat.Sed piis mortaliũ p̃cibus Deus ĩmortalis exora
tus/qui ſolus tantã molẽ diſcutere/nodum illũ diffi/
cillimũ diſſoluere poterat.Fortiſſimoꝝ ciuiũ/& ciui/
tatis tã religioſę exitiũ non ſuſtinuit/ideo Scodrẽſiũ
pectora/& aĩos iã demiſſos erexit/excitauit fide/ ſpe/
conſtantia/ magnanimitate muniuit/ uirtute diuina/

ac cęleſti corroborauit/ſubito unũquẽq; ſcodrẽſiũ/& pegrinoꝝ aliũ uidiſſes adeo tot/& tanta picula cædẽ interitũq; minitãtia ĩtrepide/libẽtiſſimeq; adire cæpe rit/& ex ĩſpato ſpẽ q̃maximã uictorie potiũdæ cõtra here/ad labores/ad opa/& oĩa:quę p urbis munimẽto uidebãť diu/noctuq; alter alteꝝ exhortari/& alacriter inuitare/nullo ĩminentiũ periculoꝝ metu ceſſare/aut retroagi/nõ machinas/nõ tormẽta barbaroꝝ cõtinue uolitãtia undiq;/nõ ſpicula/nõ ſcorpiones timere:ſed horrenda quęq; acri animo ſubire.Demũ omni ui/arte/atq; ingenio urbis ſaluti ſuccurrere:hoſtẽ etiã extra mœnia hilari fronte ad pugnam prouocare:eiq; fortiter obſiſtere:omnibus cõſulere:omnibus prouidere/nũquã ceſſare:deniq; ſeſe morti pro fide catholica pro obſeruãtia/& pietate in diuũ Marcum/pro patriaq; intrepide exponere:ex quo tãta uis/tãta ferocitas/animiq; audacia ad eos redierat/ut non homines/ſed ex gigantũ genere uiderenť:& ipſe hoſtis ſæpenumero eoꝝ uirtutẽ admiraretur. Sequenti uero die Idibus centũ/& quattuor ex tormẽtis diuerſis in locis poſitis magna murorũ pars euerſa/ſimul & duos igneos globos mortario coniecerunt/& uallũ ad bolianã uergens:cui Carlinus peditũ Italoꝝ præfectus ſtrenuus præerat/facibus admotis accenderunt. Sed ſtatim ſine cuiuſq̃ chriſtianoꝝ cæde ignis reſtinctus eſt. Vallũ autẽ omne/& propugnacula omnia barbari incendere/& flammis cõſumere conabantur/ut his abſumptis omnis ratio tuendi ſe ab oppidanis tolle-

retur:nã quum muri penitus exciſi eſſent Scodrenſes tantũmodo uallis/ac propugnaculis ſe defendebãt. Multi tamẽ dum ad extinguendũ ignem accurrerẽt/ machinis/& tormentis interfecti ſunt. Id quod Bar/bari intendebãt. Altera uero luce:hoc eſt quinto idus Iulii/alia grandis machina ſupra montẽ Baſſę in hortum cuiuſdã ciuis a barbaris deuecta eſt:quę ſaxum noningentorum/& quinquaginta pondo contorquebat/ Ex eo tẽpore barbari undecim maximis tormẽtis urbem ſemper oppugnarunt/Eo die centũ ſeptuaginta octo ictibus:quod nunquã antea urbẽ admodũ uexarunt. Videns aũt Ottomanus mœnia urbis iã omnia exciſa/euerſaq; obſeſſos detectos/ & denudatos eſſe/ præſidioq; murorum penitus priuatos:cõcepit aĩo urbẽ expugnari poſſe/itaq; cœpit Scodrenſes maximo ĩpetu/atq; conatu machinis/atq; tormentis undiq; urgere/deterrereq;/ pmiſſis omni ex parte ianizaris/aſap/pis/aliiſq; militibus:qui cratibus uimineis/ pluteiſq; cominus die/noctuq; uallis inhærerent/atq; inſtarent: iuſſitq; oppidanos q̃ acerrime uexari/ urgeriq;: & ut eos etiam accenſis uallis crebris/cõtinuiſq; oppugnationibus laceſſerẽt:ac quoquomodo urbẽ ingredi tentarent/ſed illius uota oĩa/ad irritũ ceciderũt: Deprehendit.n.ciues/qui illi acerrime obſiſterẽt.nam timor in urbe amplius non erat/oĩs formido Scodrẽſes reliquerat/audacia pro muro hẽbatur:pro uallo/pro munitione acriter inſtabant/quilibet alacri aĩo periculis ſeſe exponebat.quiſq; per uirtutẽ emori potius de/

Alia grã/dis machina.

legerat(neceſſitas.n.uel timidũ fortẽ facit):q̃ a bar/
baris fœde trucidaret̃:Ex quo Ottomanus id diffícil
limũ repit/quod facillimũ fore ſperabat/interim ue/
ro barbari ualla accenderunt:ſed ignis ab oppidanis
facillime/& ſine cæde ſuppreſſus eſt.Sequẽti aũt die
q̃maxime poterãt/ictus tormẽtoꝝ feſtinare cœperũt:
Centũ enim & octoginta ſeptem lapidibus urbẽ con
cuſſerunt.Rurſus barbari turrĩ quæ ſupra portã ma
gnam poſita erat/& Carlini uallũ accenderũt:hac cal
liditate utentes:ut qum chriſtiani ad ignẽ extinguen
dum feſtinarent/tormentis:quæ ad eam partẽ uerge
bant/eliderentur/unde nõnulli ex illis de medio ſub/
lati ſunt. Aĩaduertens aũt Scodrenſes hanc barba/
roꝝ uerſutiã præualere:& ex ea diſcrimen maximũ
ſibi ĩminere:damnũ:interitũq; ſuoꝝ indies cõſequi:
duxerunt nõ minus ingenio uirtuteq; aĩ cũ barbaro
decertandũ eſſe/q̃ fortitudine/uiribuſq; corporis: ſta
tuerũtq; hiſce barbaroꝝ calliditatib⁹ alia uia occur/
rere.Itaq; diſpoſuerũt nõnullos ſclopos (ut homines
noſtri tpis appellãt):atq; ſagittarios:qua turcæ ad in
cendendas munitiones accedere ſolebant:ut hi qũ fa
ces ferrent interficerentur:qui poſtero die reuerſi ad
negociũ/facinuſq; ppetrandũ/ priuſq̃ ignẽ coniecíſ/
ſent:aliquot ex ſuis amiſerũt/qui ab oppidanis con/
foſſi ſunt:cęteri re infecta aufugerũt.Sed ne fortaſ/
ſis poſteros lateat quid ſint ſclopi/& unde hoc nomẽ

Quid ſit ſclopus.

ſibi traxerint/pro uiribus eos quoquomodo deſcribe
re conabor.Eſt aũt ſclopus/quẽ nũc uulgo ſclopetũ

appellamus/tormenti genus ꝑſimilis bõbardæ/ex fer
ro ut plurimũ confectus:cui a crepitu & ſono/quem
edit:nomẽ ĩpoſitũ fuit:qui breui admodũ ambitu &
ſuperficie cõtentus ad tormẽtũ bõbardæ in longum
productus atqꝫ extenſus glãdulã plumbeã ſeu pillulã
paruulã admodũ puluere quodã ex rebus ad fouen/
dũ ignẽ idoneis cõfecto/unius hominis ope iniectam
atqꝫ calcatã igni adhibito proiicit/atqꝫ contorquet:&
ictũ lętalẽ infligit.Interea uero barbari deduxerũt bi
remes in bolianã:quas iam perfecerant:quæ numero
octo erãt:de quibus ſupius memorauimus:qui qũ e
portu ſoluiſſent/nocturno tpe per flumẽ bolianæ in
lacũ ſurſum remigarunt:ubi magnũ prœliũ cũ inco
lis cõmiſerunt:Tandẽ quia res impar erat/turcæ una
tãtũ fluuiatili nauicula noſtra cũ octo hominibus ca
pta/ex his/qui caſtra inuadere cõſueuerant/eos mane
ultra bolianã/prope ſacrum diuæ Magdalenæ palo
tranſfixerũt. Contorſerant eo die centũ/& octoginta
tria Sphærica ſaxa.Sequenti autẽ die centum/& ſe/
xaginta octo.Interim dum barbari ad incendia mu/
nimentoꝝ reuerterentur.Is qui ignem afferebat ante
alios incedens/anteq̃ ad locum perueniſſet/ab oppi/
danis cõfoſſus eſt.Cæteri perterriti aufugerunt:quod
qum uanũ/& irritum eſſe cernerent:nec ſine pericu/
lo uitæ ad munitiones/& ualla incendenda accedere
poſſe:aliam uiam excogitarunt:aliumqꝫ modum ten
tarunt ad exequendum id quod propoſuerant:& ad
quod tantopere inhiabant. Vſi enim hoc ſunt ſtra/

Barbari biremes i lacũ remi garunt.

tagemate:ut.n.ſecurius munimēta incēderēt:& chri
ſtianos a reſtinguēdis auerterēt/Tormēta ad iactum
pparauerūt:& aliquātū pulueris ſeorſum incēderūt/
ut oppidāi pterriti ppugnacula desererēt:Et ipſi bar
bari ſtatim ignē in ualla coniecerūt/Quod ſi xpiani
cōſtantiſſimo aīo munimēta ipſa tueri uellēt/e ueſti/
gio a turcaꝝ tormētis collidebanť. Itaq; ignis ille ho
ſtilis amplius ſine multa chriſtianoꝝ cæde reſtingui
nō poterat. Et q̄q̄ multi ciuiū interficerenť/nō tñ ob
hoc a reſtinguēdis ignibus auertebanť.Nā ſemel po
tius mori deſtinauerant/q̄ urbis defenſionē deſerere.
Ottomanus ardēs/& dētibus frendēs excādeſcebat:
nec tantā animoꝝ pſtantiā ferre poterat:qum aīad/
uerteret nullis uiribus Scodrenſes expugnari poſſe:
nec tot tormentis/& machinis quicq̄ proficere.Quā
ob rem multas baliſtas/& catapultas idibus iulii ad
mœnia admouit/ut ingenti ſaxoꝝ multitudine op/
pidanos obrueret.Præterea uim maximam pluteoꝝ
& cratiū pariter cōuexit/ut his tecti barbari urbē op
pugnarēt.At ciues primo aſpectu eas machinas eſſe
putauerūt/ad globos igneos emitēdos paratas:Iccir/
co tecta oīa e ſcādulis facta ſuſtulerūt/ne uim igneā
cōciperent:Statimq; cōtra huiuſmodi machinas mu
nimenta ualida præparauerūt/ut barbaroꝝ conatus
oēs ad irritū caderēt. Itaq; Ottomani principis & in
hac uerſutia ſpes eluſa eſt:nā Donatus architectoꝝ/
qui tormentis pērant:longe princeps ab utraq; parte
urbis machinas erexit:qbus barbaroꝝ baliſtæ diſic/

Barbari multas baliſtas & catapultas erexerūt.

ctæ/& diſſipatæ ſunt:Adeo ut ea inſtaurare/& refi-
cere amplius nō curarint.Sed eodē quoq; die centū/
& ſeptuagita octo ſphæricis ſaxis urbis mœnia mul
tum cōcuſſerūt.Decimo uero ſeptimo Kl̃.Sextil.cō-
iecerunt barbari ignē in prima ualla/& ꝓpugnacula
portæ magnæ:ubi erāt Egregii/& ſtrenui uiri.Italo-
rūq; militū pręfecti Antonius Cortonenſis/& Anto-
nius Bouinus:qui in certamine ꝑpulchre ſe gerētes/
Bouinus uulnere lætali ictus obiit. Alter uero teloꝝ
multitudine confoſſus totus/uix ſupſtes extitit.Item
in ſecūda ualla eiuſdem portæ/eodēq; tēpore hoſtes
ignē immiſerūt:&(ut conſueuerāt)tormentis ſtatio
nes/& ualla uexarūt/ut ciues his perterriti ad reſtin-
guendū ignē non accurrerēt. Verū Scodrenſes non
deſides/neq; timidi ſtatim ignē obruerūt:Ex quibus
tantū duo deſiderati fuere:Quo quidē die centum/
& octoginta duas pilas ſaxeas Meumethani contor
ſerūt/ Altera die centū/& nonaginta quattuor/Et hic
fuit dies/in quo crebrius/frequētius nullo alio præce
dente/aut ſubſequente iaculati ſunt. Sequenti uero
luce centum/& triginta unū ictum urbi inflixerūt.
Verū iam barbari quottidie inualeſcebant:magiſq;
ſe ad oppugnationē urbis accingebant.Iam turma-
tim ad urbē irruebant:eāq; corona innumerabili cin
gebant:pluteis/& cratibus aggeres/foſſaſq; tranſcē-
debant:eaſq; ſaxis/& uariis rebus implebant/ut adi-
tus/& iter ad urbē oppugnādā facilior pateret:nam
a principe edictum acceperant:ut ſequenti die ſigno

dato ad prœlium egrederentur. Ex quo tota nocte il
la Meumethani ad bellum ſeſe expediuerant.At ue/
ro xp̄iani ubi hoſtē ſe accingere ad pugnam uident/
abſq; mora alacriter ſemper diuino numine cōfiſi/ ui
ctoriaq; frœti ſeſe inſtruūt: nōnullas copias in uallis
& ſtationibus collocāt:quæ hoſtem cōtinue animad/
uerterent:ut qum ipſe e munitionibus ſuis irrumpe/
ret/ ei fortiter occurrerent/ quoad inſtructi milites/ &
reliqua oppidanorum multitudo armata ualla con/
ſcendiſſet. Ex quo continue in munitionibus urbis
quadringenti uiri armati aſtabant. Altera uero luce:
ideſt decimo quarto Kl. ſextiles ad ueſperas hoſtes
more ſuo ignem iniecerunt/ ad munitiones: quæ e re-
gione portæ magnæ erant: ad quem extinguendum
qum multi accurriſſent/ aliqui tum ex italis/ tum ex
Scodrenſibus deſiderati ſunt:ex quibus minime ob
præſtantiam animi/ & corporis reticendi ſunt:Fran/
ciſcus patauinus militum italorum præfectus/ & Ale
xius beganius ciuis ſcodrenſis/ uir egregius/ atq; ſtre/
nuus:qui inter cæteros acriter pugnando a tormētis
ſublati ſunt: & carptim membra eorum per urbem
ſparſa/ Plures.n.barbaroꝝ tormētis/ dum in uallis cū
hoſte pugnarent/ interfecti ſunt: inter quos Franciſ/
cus a ſancto Scorbaro Italorum militum præfectus/
Nicolaus gradiſclauus:Nicolaus beganiꝰ ciues Sco/
drēſes:qui acriter/ ſtrenueq; aduerſus barbaros dimi
cantes cum aliis cecidere:Ad quorum interitū a bar
baris ſublato clamore/ & dato ſigno: ut ad tormen/

torum ictus milites ſtatim ad certamen egrederētur/
hinc inde pugna acrior/ q̃ unquam antea a ꝓpugna-
culis portæ magnæ/uſq; ad munitiones bolianæ:ubi
Carlinus præerat/ commiſſa eſt/ & ad horam acriter
pugnatum eſt:in qua Barbari nunquam foſſam/ &
aggeres pertranſire/nec propius ad munimenta acce
dere ualuerūt:Ex quibus multi cæſi ſunt: plures uul
nerati/turpiterq; reiecti/atq; fugati/uictoria penes ſco
drenſem(licet non incruenta) ſtetit: Quam ob rem
dies ille oppidano lætus/& honorificus affulſit/ hoſti
uero fœdus/atq; pernicioſus:nec illi quicquam cētū/
& nonaginta tres tormentorum ictus: quibus eo die
chriſtianos uexauerant/ profuerunt. Sed non tamen
defeſſus altera luce centū/& quadragita octo ictibus
oppidanos multū agitauit.Matutino ſequenti cōplu
res ex barbaris/qui in caſtris erant/ad urbē cōſcēde-
rūt.Interimq; in caſtris magna mltitudo teloꝝ/ & ſa
gittaꝝ ad pugnā futurā p̄parabat̃:Dūq; qui his ute-
rent̃/ſedulo deligerent̃/ſtatim innumeri ſpiculatores
ad præſidia urbis oī ex parte aſcēderūt: Ex quo Sco
drenſes arbitrati ſunt/barbarū ꝓpe diē urbi bellū il-
laturū.Quā ob rē quiſq; eoꝝ cōfeſtim armatus in ꝓ
pugnaculis intētus erat/hoſtē ad pugnā hilari aīo ex
pectās: & ſemp eū obſeruabat quidnā facturus eēt:
qui q̄dē poſt meridiē ecce maxīo īpetu irrupit/& mu
nitiōes/& aggeres ꝑtranſiēs ad uallū peruenit. Tunc
uero manus cū oppidano conſeruntur:pugna atrox
hinc/inde ex omni parte urbis cōmittit̃.Cadūt utriq;

Pugna: quæ ꝑ horam durauit.

Certamē hoc ad horas duas durauit.

plures ex hoſtibus/ex chriſtianis quoq; nõ pauci uul/
nerati/mortuiq; ſunt/prȩſertim a tormentoꝶ ictibus.
Miſerandũ ſpectaculũ erat/ſi quis ad portã magnã
munimenta penitus diruta uidiſſet:& omnia referta
cadauerum diſcerptorum nõ tam ciuium/q̃ aliorum
chriſtianoꝶ.Iã hoſtis adeo inualuerat:ut primas ſta/
tiones/& propugnacula ſupradictȩ portȩ occupaſſet.
Ibi ingens oritur certamẽ:quia hoc in loco de diſcri/
mine magno totius urbis agebat̃:nã tãta uis/tãtuſq;
impetus barbari in oppidanũ/pariterq; repentini/fre
quenteſq; omniũ tormẽtoꝶ/atq; machinaꝶ ictus/tã/
tuſq; numerus ſagittaꝶ fuit/ut oẽs fere chriſtiãi/qui
munitiones eas tuerentur/aut ſauciati/aut ex huma/
nis ſublati fuerint/ſed nõ propterea hoſtis diu læta/
tus eſt:nã ecce robuſtiſſima ſcodrenſiũ manus opti/
me armis iſtructa/fortiſſimo animo munimẽta aſcẽ/
dens/cũ hoſte acriter pugnans/eũ in fugam cõuertit/
trucidat/fugat/atq; expellit: præclariſſimã/egregiãq;
de eo uictoriã cõſequitur.Itaq; cõplures/ex barbaris
cæſi ſunt.Pugnatum eſt.n.illo die ſatis belle ad duas
horas:nec amplius turca poſtq̃ primũ ex propugna/
culis deiectus/deturbatuſq; eſt/potuit ad ea appropi/
quare/ſed inde turpiter diſceſſit.Occiderant.n.ea pu
gna inter cæteros nonnulli ciues/qui uiri fortiter pro
patria dimicando pro ea emori minime dubitarunt:
quoꝶ mẽbra diſſipata/ac nõnulloꝶ peregrinoꝶ paſ/
ſim collecta:qui cũ illis ſtrenue certantes ceciderant/
tumulo eo honore/quo fieri potuit/pro rerum angu/

ſtiis/neceſſitateq; tradita ſunt/& hęc quidē geſta ſunt pridie/q̄ uniuerſalis oppugnatio ab hoſtibus cōmiſſa ſit. Eo die centū/ & ſeptuaginta tribus ictibus ex multis partibus tota ciuitas plurimum uexata eſt. Si quis diligenter omnes tormētorū ictus/qui hactenus urbis mœnia concuſſerūt ſupputare uelit/duo milia/ quingentos/& triginta nouē eſſe deprehendet/præter centū & nouē tormenti/quod uulgo mortariū uocāt/ igneos globos decē. Poſtq̄ certamen hoc diremptum fuit/ſtatim permulti ex barbaris/qui circa urbis munimenta in aſſidua cuſtodia fuerant poſiti:quorū maxima manus ad munitiōes urbis die noctuq; ſub pluteis/& cratibus cōmorabantur/in caſtra deſcenderūt.

Ictus ex tormentis ĩ urbē hactenus ĩflicti.

Interimq; præfectus aſiæ una cum duce nouæ romæ iuſſu principis ad eū profectus eſt/ ex quo ſtatim nōnulli præcones ad ſingula tentoria pręfectorū/militū/ & eorū/qui aliqua dignitate præditi erāt/ acceſſerūt: eoſq; edicto principis ad tabernaculū ipſius conuocarunt:qui poſtq̄ conuenerunt/ ꝓpoſita conſultatio eſt/ quidnā de urbis oppugnatione decernendū eſſet: & qum ſinguli ſnīam ſuam pronunciaſſent/princeps ipſe breuibus eſt eos allocutus. Credo quidem milites neminē ueſtrū ignorare iam nunc tertiū agi mēſem/ ex quo urbs iſta a nobis duriſſima obſidione cincta ſit/ac oī genere tormētorū/ machinarūq; oppugnata/ afflicta/atq; undiq; exagitata:mœniaq; penitus euerſa:munimenta uariis tormentorū ictibus diſcuſſa/ & (ut cernitis) euulſa. Præterea quoties ignē in ꝓpu-

Pria Meumethis oratio.

gnacula iniecimus/toties Scodrenſes ad certamen ꝓ
uocauimus:etiã duplici pugna eos multum uexaui/
mus.Poſtremo uero(ut ſcitis)nihil inexpertum/nihil
întẽtatũ omiſimus/quod excogitari potuit/ut eos feſ
ſos/defatigatoſqꝫ/& uiribus exhauſtos facilius expu
gnaremus/ Quã ob rẽ(ut mihi uidetur) res ulterius
non ꝓferenda/nec amplius differendũ eſt/ ſed anteq̃
hoſtis uires aſſumat:ſeſeqꝫ præmuniat/ craſtina luce
urbs a nobis corona circũdet᷑: prœliumqꝫ uniuerſale
cũ Scodrenſibus fiat/& id grauiſſimũ.Itaqꝫ unuſqſ/
qꝫ ueſtrũ ſe accingat:cæteros milites in caſtris horten
tur:ut quilibet mane circiter horã primã lucis arma/
tus/inſtructuſqꝫ ad urbẽ expugnandã prodeat:iã eos
experiar/& agnoſcã/qui ſtipendio digni ſunt. Tu ro
mæ nouæ præfecte cũ tuis legionibus/& cohorte prę
toria urbis partẽ oppugnandã inuade. Reliquã aſiæ
præfectus cũ ſuis cohortibus occupare enitat᷑.Quiſ
qꝫ.n.quæ ad huiuſmodi certamen uniuerſale neceſſa
ria ſunt/præparet:ſecũqꝫ afferat:nõ aĩus nobis deeſt:
quin craſtina luce urbẽ iſtã expugnemus. Quis.n.
nobis reſiſtere poterit? Oppidanus.n. (ut uidetis) &
muro/& oĩ præſidio nudatus eſt.Munitiones/& foſ/
ſæ undiqꝫ ſtratæ ſunt.facilis nobis ad illum acceſſus
patet. Scodrenſes feſſi tot bellis/ uiribuſqꝫ deſtituti
ſunt:nos uero recẽtes/robuſtiſſimiqꝫ/hi pauci/ rariqꝫ:
nos aũt pene înumerabiles. Adde uim magnã tormẽ
toꝶ/quibus ꝓualemus.Eoꝶ pluresdũ munitiões tue/
ri uolent/machinaꝶ ictibus interficient᷑.Igit᷑ quis ne/

get Scodrenſes captiuos noſtros eſſe? In eos/ qui ſu-
pererĩt/iure belli/& captiuitatis utar. Agite o uiri: om
nes moras tollite. Nõne Scodrẽſe nomen uobis/& ge
nus inuiſum eſt? Quis.n.ueſtꝵ non cũ ſumma indi
gnatione in memoriã reuocet cædes parentũ/aut fra-
trũ/aut ꝓpinquoꝵ/aut ſodaliũ/qui ſæuiſſime ſub his
mœnibus trucidati ſunt? An redire uultis abſq; extre
ma ultione? Poteſtis ne odia ueſtra in Scodrenſes/&
tantas ſtrages eoꝵ ab his editas cõcoquere? Verũ ut
priſca tempora/& quas calamitates iãpridẽ ab his re
portauerimus/omittã/proximas clades/ & ueluti recẽ
tes reſpiciamus. Iam nondũ peractus eſt quartus an
nus: quo bellum cũ Scodrenſibꝰ geſſimus. In quo tot
milia noſtrorum ceciderũt/ ut adhuc eoꝵ cædes pene
ante oculos uerſentur: et ultionẽ expoſcere uideãtur:
Adhuc mons iſte/ſaxaq; omnia eoꝵ ſanguine reſper
ſa/& polluta apparent. Iccirco properate o uiri: arma
in Scodrenſem ſumite: montẽ ualido gradu conſcen
dite: urbem acerrime expugnate/priſtinas inimicitias
ulciſcimini: Sanguinẽ xpianoꝵ ad ſatietatẽ effundi
te: ad quod leges noſtrę magnope adhortant̃/ferro/&
oĩbus uiribus agendũ/ut Scodrenſiũ nullus ſuperſit:
quod qdẽ perfacile cõſequi poteritis/cum oĩa pro uo
bis adſint: nã nihil eſt quod obſtet: nihil uobis ad pu-
gnæ uictoriã deeſt/oĩa parata/oĩa in prõptu ſunt/fa-
cile.n.eſt forti debilẽ/imbecilẽ/uiribuſq; defectũ uin
cere. Hæc qum dixiſſet/Barbari oẽs ſũmo conſenſu
clamorẽ extulerũt/eũdũ eſſe omni impetu in Scodrẽ

Prim⁹ hōſtiū cōſli/ctus & pugna generalis.

ſes: & huiuſcemodi oppugnationē ſuſcipiendā eſſe: ut non prius eam dimittant: q̄ capta ſit urbs: & ciues omnes ad internitionem cæſi ſint. Poſtq̄ Concio di/miſſa eſt: decretūq; quid agendū eſſet: Edictū in omnibus caſtris proclamatū eſt: ut oēs ad certamen uniuerſale: quod ſequenti luce futuꝝ erat: ſe accingerēt. Interea. n. uideres barbaros oēs hac: illac p̄ caſtra curſare: ac permiſceri: non aliter: q̄ denſiſſimū formicarum agmen uictū quæritans: curſitat: qum aliæ grana important: aliæ redeunt: & oneri ſuccedētes feſſi ſuccurrunt. Conſiliarii uero oēs: & præfecti militū taberna/culū ducis egreſſi uerticē montis baſſæ cōſcēderunt: inde ſitum oēm urbis contēplantes: capita inter ſe cōtulerunt: unuſqſq; quid ſibi de modo expugnādæ urbis uideret: in mediū ꝓferebat. At uero in urbe: ubi Scodrenſis hoſtē ad bellū feſtinare proſpicit: & ipſe ſublata omni mora: quæcūq; ad defendēdā urbē pertinebāt: præparare cœpit: ne eū hoſtis prēuenire poſ/ſet: & ut uigilantior uigilātē opprimeret. Ottomanus. n. furtim: & improuiſus ciuitatē incautā īuadere exiſtimabat: nā circiter ſolis occaſum barbari cū multa ſagittarū: telorūq; multitudine ad foꝝ uenale urbis: quod ad iactū lapidis extra mœnia eſt: clā maxīa co/pia cratū montē cōſcendere: urbēq; circūcingere cœ/perunt: pugnā diſſimulantes: nec unq̄ totā noctē ceſ/ſarunt: quin ꝓpere mōtē turmatim ſubirent: pluteis: & cratib⁹ tecti: & ut oppidanos fallerēt: tres: aut quattuor ſub ſingulis ſe occultabant: Cētū quinquaginta

milia ad munimenta aſcenderūt | ut qui numeꝝ exa/
cte cōprehendere potuerunt aſſerere non dubitarūt:
Et hæc quidem erant lecta robora uiroꝝ | hic eximius
flos iuuētutis: hic erat uniuerſa fere manus robuſtiſ/
ſimoꝝ bellatorū | qui in caſtris delecti oībus aliis pu/
gnaciores habebant̄. Erectū erat principis tabernacu
lum in uertice montis baſſæ purpureo uelamine un/
diq; exornatū | unde certamen | & oppugnationē futu
ram deſpiceret | qum iam dies illuceſceret: & prīceps
tabernaculū ingreſſus eſſet | Barbari callide agētes | tē
poris occaſionē ad īuadēdā urbē captarunt | qū xp̄ia/
ni in ædibus ſacris | rebus diuinis operā darent | circi/
ter primā diei horā | qui erat diuæ Magdalenę feſtus |
& undecimus Kl̄. ſextilis ad ſignū bellicū | quod ex tē
torio principis editū: & ad quattuor eiuſdē momen/
ti tormētorum ictus | Additis aliis duodecim: quibus
munitiones aſſidue ferirentur | confeſtim ex cratibus
irrūpentes | & foſſas urbis tranſilientes | oīa ꝓpugnacu
la corona cinxerunt; non aliter denſi | ac ſtipati | ac apū
examen | cū longa una cōſederit | interim cāpanaꝝ ſo/
nitus per totā urbē exaudiri. Barbari clamorē | & tāq̄
barritū efferre | his excitati oppidani ex tēplis armati
celeri curſu ad ſtationes | ut cum hoſte acriter decerta
rent | accurrerunt. Iam xp̄ianos manū cū Turcis cōſe
rentes inuenerunt: quā pugnā Barbari inierāt | magis
ſpecie latrocinii | q̄ ueri certaminis & prœlii. Sed acri
or pugna ad portā magnā cōmittebatur | ibi hoſtis cū
oppidano īmixtus manū conſerebat: & iam uallū cō

Duodecī alia mino/ra tormē/ta.

ſcenderat: ſignūq; militare erexerat. Princeps nimio gaudio exultare cœpit: quia iam urbē expugnatā credidit. Sed Scodrenſis: qui nec latere: nec fugere nouerat: ubi barbarum tāto impetu irruiſſe uidet: munitioneſq; occupaſſe: ægerrime ferens exiſtimauit iam uiribus opus eſſe: Et fremens: infrendenſq; in hoſtē impetū acrē fecit. Alii uero ex chriſtianis gladiis: teliſq; turcā cominus cōfodiunt. Alii ſaxis grādibus: & pręacutis trabibus cōiectis: eū ex munimentis detrudūt. Aliqui uaſa: quæ ſaxis oppleta erant: deuoluunt. Alii uimineas crates: pluteoſq; pice oblitus: & accenſos iaculantur: nōnulli ollas calce plenas in eos contorquēt: Ita hoſtē perterritum eius uexillo proſtrato: & diſſipato ex omni parte deturbant: trucidant: atq; in fugā conuertunt: illūq; e munitionibus turpiter deiectum omni tormento℞: machinarumq; genere confodiunt. Hoc pacto urbs: & munimenta: ſumma cum gloria: & uictoria defenſa ſunt: Quod qū Ottomanus: qui iam urbis expugnationem fore ſperabat: de montis uertice proſpiceret: ægerrime tulit: adeo: ut uix ſuorum turpiſſimam cædem: & fugam tolerare poſſet: E ueſtigio crebrioribus tormentorum ictibus agere cœpit: ducibuſq; ſuis: qui aſſidebant: minabundus iuſſit: ut milites: qui terrore in fugam uerſi erant: ad oppugnandam urbem rurſus redire cogerent. Erat autem urbs ex parte montis baſſæ ad portam magnam molli admodum cliuo poſita: ſed manu tamen & opere egregie munita: nam ad primam portam:

& principalem urbis extra primum ambitum mu/rorum condita fuerat turris eminens/& munitiſſima forma admodum rotunda:in qua oppidani ſtantes a dextra/ſiniſtraue ſpaciũ illud urbis proximum tueri poterant:Inter hanc portam/& illius/quæ extra erat/Alia quoq; turris erat cõtigua admodũ ſuperiori/ſed oppidani timentes id quod euenit:ne turres ictibus tormento℞ excinderentur/munimenta ualidiſſima ex cœno/& uariis rebus cõtexta prope turres ipſas ſub/ſtruxerunt:nam hoſtes ad eam urbis partem/quæ na tura non ualde munita erat/omnem oppugnationis molem redegerunt: Et ideo ſex tormenta maxima: Et ſex milia ſcloporum/& ſagittariorum innume/ros ad eandem partem admouerant. Subito utraque turris/& utriuſq; ambitus muri ſolo æquati ſunt/nil aliud reliqum erat/quod urbem tueretur præter mu/nimenta ex terra confecta. Barbari ſpe capiendę ur/bis eo cum maximo impetu confluxerunt:oppidani fortiter/& intrepide occurrerunt:prœlium acerrimũ cominus exoritur/quoniam eo in loco cardo totius rei uerſari uidebatur/hoſtis uallum conſcendebat: Ciuis ſtatim eum detrudebat:& præcipitem dabat. Alii ſuccedebant/pariter præcipites deturbaban/tur:paſſim cædes fiebant:foſſæ ui magna cruoris in/undabant. Varia interim tormento℞ genera quibus plures cadebant:nec mometũ ceſſabant. Tũ uero prę fectus nouæ romæ:cui prouincia delegata erat expu gnandi eam partem urbis/quæ a rota/uſq; ad Carlini

munimēta/bolianā uerſus ptendebant:cū principem excandeſcere/& indignari/& dolore ingenti affici ui deret:quod oppugnatio ad irritū caderet/una cū præ fecto aſiaticaꝝ legionū ex monte/ubi prīceps erat/de ſcendit: Et ſtricto gladio milites fugientes in pugnā redire coegit/Tūc acrior oppugnatio exorta eſt/ hinc barbaris magno globo ad portā magnā irruentibus/ hīc oppidanis fortiter occurrētibus:nō deerāt undiq; tormenta/machinæ bellicæ:iacula/ tantaq; ſagittarū multitudo/ut aer ipſe obſcuraret:nec tātūmodo mu nimenta urbis diſcutere/& ptranſire conati ſunt/ ſed

Deſcri/ptio rotę.

& rotā expugnare.Eſt.n.extra mœnia locus urbi ad/ hærens oriētē uerſus/rupibus aſperis undiq; inuius: in cuius uertice:qui planus eſt/conditū erat templum diuo Petro dicatū:ubi græci rei diuinæ operā dabāt. Tūc oī genere tormētoꝝ/& machinaꝝ munitus erat: qm̄ & arci/ & parti urbis ꝓpugnaculū munitiſſimū erat/unde barbari cum maxima eoꝝ ſtrage deturbati ſunt. Veꝝ horrendum certamen ad munimēta portę magnæ cōmittebatur. Clamor ſtrepituſq; ingens exo rit.Inde tanta barbaroꝝ uociferatio/ullulatuſq;/ tor mentoꝝ/machinarūq; crepitus. Timpanorū ſonitus/ æra crepitātia adeo inualeſcebāt/ut auditus ſimul/& uiſus hominibus tolleret:terra calligabat: & cœlū ip ſum miſceri/& corruere uiſum eſt/ita omnia cōfuſa/ pturbata/obſcura aq; erant/interim uero Meumetha ni undiq; irruūt:propius accedūt:cominus pugna cō mittit nihil interſtitii inter chriſtianū/& turcam erat/

Quam propugnacula/ac tabulę quædã munimento rum: quæ ad oppidanoꝝ pugnantiũ tutamen contra ſagittas hoſtiũ poſitæ erant. Cõtorquentur tela: ferrũ perſtringitur utrinq;/cominus res gladiis gerit͛/hinc inde alii cadunt: alii in pugnã ſuccedunt. Scodrẽſes quo ordine/& gradu munimẽta ſemel tueri cœperãt/ ab eo dimoueri nõ poterãt/hoſtes ex munimẽtis ipſis deturbabãt: eoſq; cratibus/pluteis/pice oblitis ſtuppa adhęrente. Præterea doliis ligneis oleo perunctis una cũ puluere/& igni admoto inuadebant: Quibus ex rebus plures eoꝝ aduſti/& eliſi ad ima montis deuoluebantur: nõ ſaxa magni ponderis deerant/nõ Scorpiones/& uaria machinaꝝ genera: qbus obtererent͛: qui qum ſe tectos ex altera parte eſſe crederent/ex altera/qua minus ſuſpicabantur/crebri tranſfigebant͛. Erat.n. portæ magnæ proximus cuniculus ſubterraneus in ſaxo uiuo exciſus: ubi multa tormẽta poſita erant: quæ foſſas/& partẽ illam urbis/quæ ad bolianã uergit/tuebantur/Inde crebris ictibus magna hoſtium multitudo cecidit: nã per diuerſos exitus cuniculi ipſius tela in barbaros contorquebant͛: quorum plurimi undiq; uexati/aut cęſi/aut in fugã uerſi ſunt. Veꝝ præfecti caſtroꝝ/partim minis/partim adhortationibus cateruas/& globos ſuoꝝ militũ in pugnam impellebant: nemini/preterq̃ uulneratis parcebãt: quí aut cum ſtrictis gladiis trucidarent/aut in oppidanos obuerterent. Ideo denſiſſimi/& collecti in globũ barbari ad portã magnã/& ad eius munimẽta irruebãt/ Deſcriptio cuniculi.

Tabulas/ & trabes/ & ſtipites munitionum manibus
apprehendebant:nec inde auelli/priuſq̄ animam cæſi
effunderent/poterant/cominus gladiis cū xp̄ianis di/
micabant:qui & ſi pauciores/nunq̄ tamē ordinē ſuū/
& ſtationē/quā tuerentur/deſeruerunt/ſuperiores etiā
loco diu pugnā acerrimam ſuſtinuerūt. Sed quia to
tius certaminis articulus ad portā ſupradictā uerſa/
batur:tanta barbaroꝝ multitudo eo cōfluxerat/tātaq;
tormentoꝝ/& machinaꝝ uis chriſtianos uexabat:ut
plures coꝝ tū gladiis/tū omni teloꝝ genere caderēt/
hoc pacto multi iam interfecti/plures ſaucii/alii lon/
go certamine defeſſi.uix iā tueri ex paucitate muni/
menta poterāt.Ecce barbari ſtationes inuadunt/ aſcē
dunt:Signa in munimentis figunt.Princeps Meume
thanus/qui de ſpecula hęc omnia contemplabatur/in
ingentē læticiā effuſus/iā ſibi rē factā putans/urbem
captam eſſe credidit/Ignarus quid uirtute/ & pruden
tia Scodrenſiū ad urbis tutelā ꝓuiſum eſſet. Aſtabat
in medio Scodræ foro delecta cohors iuuenū/& uiro
rū robuſtioꝝ/ut his/qui magis ab hoſtili oppugnatio
ne uexarent̄/ſuccurreret/Adhuc abunde uires ad de/
fendēda mœnia ſupererant nullus ex aliis ſtatiōibus
ſe ad auxiliū alioꝝ mouerat.Quā ob rē alia urbis lo
ca ſatis munita/tutaq; erant. Ex quo apparuit princi
pis uanā/& irritā fuiſſe læticiā:qui nōdū omnia Sco
drenſiū conſilia/ nondum coꝝ p̄clariſſima facinora ꝑ
ceperat.Interim clamor ciuiū exorit̄.Rumor ad de/
lectam iuuentutem in forum perfertur/quo iam ho/

ſtes uictores munitiones aſcendiſſe: & chriſtianos de
feſſos iam cedere ſignificatū eſt. Tunc iuuenes fortiſ
ſimi/qui iam diu uotis expetierant pugnæ locum cō/
tra barbaꝝ offerri/ad portā magnā properato gradu
accurrūt:uallū confeſtim aſcendūt:& certaminis au/
dito claſſico/diui Marci uexillū/diſciſſo hoſtili/ ī me
dio firmiter ſtatuerūt:& erexerunt/ ſecuri oīum tor/
mentoꝝ/& teloꝝ hoſtiliū:quæ īnumera erant/in con/
fertā multitudinē irruunt principis pn̄tiam aſperna/
ti:& in eius ſæuitiā/& fidē Meumethanā obſcœniſ/
ſimam/acerrimi inuecti gladiis/telis/ſaxis/igniū glo/
bis/pluteis/cratibus/& uariis tormentis hoſtē prote/
runt/deturbant paſſim/obtruncāt/ ſigna coꝝ auellūt/
ultra foſſas propellunt/fortiſſimum quēq; trucidant.
Qua ex re perterriti barbari terga uertunt:ſine mo/ Fuga bar
ra in caſtra ſe recipiunt. Scodrenſes eos eo perſecuti barorum.
ſunt:unde liber reditus ad urbē daretur. Princeps ue
ro Ottomanus/qui ex ſpe uana potiundæ urbis ingē
tem læticiam cōceperat/tanto dolore affectus fuit/ tā
taq; indignatione correptus:ut furibundo ſimilis/ ſe
ad tabernaculū tacitus demiſſo animo contulerit. At
xpiani uictoriā ingētē adepti ſūma cū læticia/ & cre
bris plauſibus in urbē reuertunť/plurima hoſtiū ſpo
lia ſecū deferētes/nec nō capita cæſa:quæ in mūimē
tis/ut barbaro terrorē īcuterēt/ſuſpēderūt. Cōfeſtim
tēpla/& aras ſacratas petūt/īmortali/& oīpotenti deo
gratias innumeras agentes/quod benignitate ſua im
menſa animos fortiſſimos/& uires immenſas ſibi de

diſſet:hoſtes uero ingēti terrore/& coꝶ maxima ſtra/
ge ab urbis mœnibus auertiſſet. Intemeratæ uirgini
poſt deū immortales gratis agunt:hymnos pia men/
te concinunt/ Quod muros/& munimēta urbis qui/
buſdā religioſiſſimis chriſtianis tutari uiſa ſit:& ſpe
ciē barbaris ipſis magnorū numinum/quæ chriſtia/
nos tuerent/obtulerit/ut hoſtes poſt oppugnationem
teſtati ſunt.Præterea plures ciues circunferebant/ſibi
genitricem redemptoris noſtri in ſomniis occurriſſe:
quæ eos ad fortiter pugnandū hortaretur:futuramq;
uictoriā polliceretur.Poſtremo debitę gratiæ Magda
lenæ perſolutæ ſunt:Quod tutelæ urbis cum regina
cæli die ſuo feſto nō defuerit.Poſtquā uero tam præ
clare/tam ſtrenue pro uictoria eo die pugnatū eſt:&
omnis tumultus quieuit:Quiſq; pro uirtute/& meri
tis palā laudatur.In cōcione militū animi/quoꝶ prę/
ſtantia/& robore mœnia defenſa erant/laudibus me/
ritis tolluntur:ad ſimilia facta/ & æmulationes incitā
tur/ſaucii/& confoſſi curantur/Corpora illoꝶ/qui glo
rioſe in bello ceciderant:eorūq; mēbra paſſim per te
cta/& urbis uicos a tormētis diſiecta fuerant/ colligū
tur:quoꝶ ſepeliendoꝶ munus ſacerdotibus iniunctū
eſt.Deſiderati illo die quadringenti fere fideles/uulne
rati uero oēs fuere:nemo.n.intactus remanſerat. Ex
barbaris autē/ut ipſi aſſeruerunt/ſupra duodecim mi
lia trucidati ſunt.Sauciati īnūeri.ueꝶ īter pugnādū/
quot ictibus tormētoꝶ ciues uexati fuerint/nemo ad
liquidū aīaduertere potuit ex īgēti ſtrepitu/ & tumul

Numer⁹ īterfecto/rum.

tu/ & ex uariis/ & ꝑmiſcuis hinc/inde cædibus. Fuerẽ
tñ qui collegerint in die pugnæ fuiſſe ſupra cẽtũ/ &
ſexaginta/ſequenti die nonagĩta quattuor. Altera ue
ro luce/hoc eſt nono Klẽ. ſextiles cẽtũ/ & trigĩta qua/
tuor. Poſtridie centũ/ & quadraginta quĩq;/perẽdie cẽ
tũ/ & ſexagĩta quĩq;. Imprimis id quod mortariũ ap/
pellant/ingenti & formidine/ & detrimẽto ciuitatẽ to
tã replebat/hi qui integri erãt/aut ĩterficiebant̃/aut ce
leri curſu huc/ & illuc uagabantur. Qui uero ſaucii
erãt/aut ægrotãtes in lectulis iacebant/audito ſtrepitu
illius machinæ ſtatim uacillãti gradu e ſtratis ſurge/
bant: & miſerãdo habitu domos egrediebant̃: Et ali/
cubi perfugiũ dubiæ ſalutis quęrebãt: & nõnulli (qđ
miꝝ pluribus forſitan fuerit) febricitantes ex ea fu/
ga/ & terrore priſtinæ Saluti redditi ſunt. interim Ot
tomanus princeps/cuius dolorẽ/ & excãdeſcentiã ſu/
pradixi/dum biduũ ſe in tabernaculo maceraſſet/ tũ
ob cladẽ ingentẽ ſuorũ militũ/tum quia ſibi ut pluri
mum/res ſecundæ ſemper euenerant: nũc uero aduer
ſam fortunã experiri cœperat. Præterea deceptus ſpe
potiũdæ urbis/in Scodrenſes magis q̃ antea inflãma
tus/duos præfectos/alteꝝ nouæ romæ/ alterũ aſiæ/ &
duos conſiliarios cõuocauit: cũ quibus conſiliũ iniit/
ut de integro oppugnationẽ nouã adorirent̃: quod di
ceret non iam credibile eſſe Scodrẽſes tot cædibus/
tot uulneribus/ac certamĩbus exhauſtos amplius re/
ſiſtere ſibi/ & repugnare poſſe. Nunc inquit facilẽ ui
ctoriam habebimus: quoniã ciues/qui fortiſſimi erãt/

iam abſumpti ſunt. Et ſi quid uirium/aut roboris in
eis erat:id omne in ſuperioribus prœliis impēderũt.
noſtri uero milites nullo negocio urbē ingredientur.
Q uã ſententiã cuncti cõprobauere/& ſtatim cõuoca
tis impatoribus/cæteriſq; caſtroꝝ ducibus/atq; pręfe
ctis/demum omni militari ordine ad eos uerba fecit:
Ad quē cum uniuerſa barbaroꝝ multitudo certatim
conflueret:aſtarētq; ex primoribus/qui cõfertã turbã
auerteret. Princeps unũquēq; admitti/quod res om/
niũ ageret iuſſit. Tũc alto ſolio ſubnixus ſic orſus ē.

Orõ ſecũ da Meu/ methis.

Non me fugit uiri/& cõmilitones mei. Vos/qui me
cũ ſemp in laboribus/ certaminibus/ periculis/aliiſq;
caſibus grauioribus/atq; durioribus interfuiſtis cõti/
nue animo/magno/forti/præſentiq; affuiſſe:uitamq;
etiã/ſi milies opus fuiſſet/ intrepide/ingenueq; expo/
ſuiſſe:& ſemper diis fauentibus uictoriã reportaſſe.
Ideo hanc expeditionē libēter ſuſcepi ueſtris uiribus
frœtus/ſperans uos eoſdē futuros/qui ſemper ĩ aliis
oppugnationibus fuiſtis:At in præſentia miror uos
animũ illum remiſſe in re tã facili/& prope peracta:
Vobiſq; fortitudinem ſolitam deeſſe in expugnan/
dis his/qui pene expugnati/ ſtrati/ uiribus defecti/&
deſtituti ſunt:nã quid facilius/leuiuſq; q̃ feſſum/exa
nimatumq;/non repugnantem/& ſe dedentem uin/
cere? Nec miremini o milites/ſi ſuperiori/proximaq;
pugna urbē ingredi non potuiſtis. Nam non uerum
(ut noſtis)neq; legitimũ certamē a nobis urbi illatũ
fuit/ſed leuiſſima admodũ pugna/nullo ſeruato ordi

ne/tumultuaria/& latrocinii potius ſimilis/q̃ ueri proe
lii:nã nõ uniuerſus exercitus/nõ oĩs ordo affuit/non
acies inſtructæ/pauci.n.montẽ cõſcenderãt:nũc aũt
apto marte oẽs cuiuſq; gradus/cõditionis ue certamẽ
ſubeãt:ordine ĩcedãt/nullus recuſet:nullus remaneat:
nemo pugnã renuat:nemo cauſet᷑/nõ noſtrę cohortis
milites robuſtiſſimi/nõ alii/qui nr̃is pręfectis/& duci
bus parent/nõ milites gregarii/nõ ſerui/nõ liberi/non
ſummi/nõ infimi.Sed cuncti ſe accingant:Cuncti ſe
p̃parẽt/cuncti ad pugnã prodeãt/nũc agnoſcã uiros/
nũc pugnaces/& bellatores/nũc qui ſtipẽdio meo di
gni ſunt.Partes urbis oppugnãdæ turmatim aſſignẽ
tur.Exercitus inſtruat᷑:& in ſuos ordines diuidatur.
Leges/cõditiones oppugnãdi præſcribant᷑.Legiones/
acieſq; in cornua diducant᷑. Alii aliis ſuccedãt/feſſis
q̨eti/atq; recẽtes/uulneratis integri/atq; intacti.Cũcta
palã/cuncta cõpoſita atq; ordinata fiãt.Nouæ romæ
Baſſa cũ cohorte mea urbis ꝑtes obtineat:quas ſupio
ri bello tenuit.Aſiæ uero p̃fectus alias urbis ꝑtes cũ
reliquo exercitu ĩuadat.Edicto tñ prius oĩbꝰ iubeat᷑:
quo die armati ad certamẽ ꝓdeãt:& cũcti extra oẽm
ſpẽ ueniæ p̃ſto adſint. Deinde ipſe prĩceps militibus
p̃mia ꝓpõere cœpit.Alia fortioribus/&dignioribus/q
primi muros aſcẽdiſſent/Alia militibus cuiuſcũq; cõ
ditiõis:ſi uel muros aſcẽdiſſent/uel aliquod p̃claꝝ fa
cinus edidiſſent.Seruis libertatẽ/& honorẽ pollicitus
eſt:his/qui maiores honores geſſerãt/& multis titulis
ornati erant/maiora munera promiſit:& unũquenq;

ſe cumulatuꝝ pluribus donis/q̃ enumeraſſet/atteſta/
tus eſt:Itaq; eos longe maiora pollicitis ſperare iuſſit.
Præterea ad fortia facta adhortatus eſt:ut ſinguli ui/
res/& animos reſumerent:nec in maximis periculis
ſibi parcerent:uictoriã iam in manibus eſſe crederẽt/
Q uod urbs iam ualido præſidio orbata eſſet:in eam
undiq; aditus paterẽt/ſtationibus relictis/& muris ua
riis tormẽtoꝝ generibus exciſis.Si qui oppidani ſup/
eſſent/eos iam feſſos/& feminecés/cõfoſſos/& uulne/
ratos eſſe aſſeuerabat. Poſt hæc his uerbis uſus eſt.
Diis noſtris propitiis/qui & gloriã/& æternã beatitu
dinẽ pollicent̃.In pugnã prorumpite:oppidanos for
titer inuadite:ueſtras iniurias/cædẽ cõmilitonũ acri/
ter uindicate/hinc honor/hinc laus/hinc pręmia accu
mulatiſſima uobis euenient.Totius urbis diuitiæ/oĩs
præda ueſtra eſt. Cum orationi princeps finẽ impo/
ſuiſſet:cũcti barbari clara uoce dicta ipſius cõproba
runt:& oẽs in Scodrenſiũ cædẽ una cõiurarunt.

Secũdus pugnę ap paratus.

Interim edicto princeps iuſſit/ut omnes ſe ad re/
cens certamen accingerent.Q uo lætati barbari expe
diti/& prompti arma cõtinuo cœperunt:& ardentius
q̃ antea pugnã affectarũt:Econtrario oppidani cum
edictũ illud percepiſſent(nã nõnulli ex his linguã tur
caꝝ callebant)nõ ſegnius/q̃ antea/Sed promptius/&
alacrius futuꝝ certamẽ expectabant:Et omnia/quæ
ad defenſionẽ pertinebant/diligẽtiſſime præparabãt:
Id plurimi facientes/qđ ab hoſtibus nõ cõtemnerent̃/
ſed ſua uirtus illis formidabilis eſſet.Prius ex more

ſolito/deo optimo/ac maximo ſupplicationes agunt: uota pro uictoria faciunt:Intemeratę uirginis auxi/lium ſummus precibus implorãt:ſæpius hoſtem ex/perti animo certam uictoriã concipiunt:eũ nõ timẽt ſed cũ eo congredi/manũ conſerere cupiunt diuino frœti auxilio:uiribus ſuis/& fortitudine animorꝝ cõ/fiſi.Iam illis perſuaſum erat/barbaꝝ maiorẽ cladẽ/ ꝗ antea ſuſceptuꝝ:maiorẽq; ſuorꝝ ſtragẽ cũ magno de decore/& ignominia reportaturꝝ. Iã Meumethani ex edicto principis ad oppugnationẽ inſtructi erãt.Ve/rum lunã nouã pro ritu gentis expectabant.Solet.n. Ottomanus prima luna/& ea religioſe ſalutata pu/gnã/quã uniuerſalẽ appellant/cõmittere. Ad ſextum igitur Klen.ſextiles:qui diui Pantaleonis dies feſtus erat/& a prima pugna uniuerſali dies quintus/ cõglo bati barbari montẽ ex omni ꝑte conſcendere cœpũt: urbẽ undiq; circũuallare:uallos/pluteos/& crates/ ui/mineas/quibus tecti ſe tuerentur/ſigillatim ferentes. Tanta eorꝝ cõfluxit multitudo:ut mõs totus/& quic/quid cãpi circa erat/ad mille paſſus penitus adoper/tus eſſet.Tam denſi/& cõferti:ut quod trito ꝓuerbio circũfertur/nec milii granũ proiectũ/ ſolũ contigiſ/ſet/nullus ferme ad caſtrorꝝ cuſtodiã remanſerat. Iã collecti ad foſſas uenerãt:in aggere gradũ fixerũt.Si quis xpianus/aut oppidanus in munimẽtis/ aut ꝓpu gnaculis apparuiſſet/uel interficiebat᷑/ uel multis uul neribus cõfodiebat᷑.Ad noctem uſq;/& tormentis/& ſagittis xpianos agitare nõ deſierũt/ſemꝑ eos ad pu

Luna numen belli

gnā uariis inſultationibus ꝓuocādo.Prima uero no/
ctis uigilia undiq; uoces/& ſolitas uociferatiões extu
lerūt:humi ꝓcūbētes lunā ſalutarūt.Eoꝝ ſacerdotes
quoſdā hymnos cecinerūt:Ad quos cætera turba tm̄
clamorē emiſit/ut terra/& cœlū ipm̄ reſonare uidere
tur.Interī Bartholemæus ordīs diui Frāciſci religio/
ſiſſimus/de quo iā mētionē fecimus p uniuerſā urbē
equo uectus munimēta oīa diligētiſſime ꝑluſtrauit/
Nicolao mōeta eqtū ꝑfecto:q bellator ſūmus erat/&
rei militaris pitiſſimus/uterq; ppl'm/& milites multis
uerbis adhortabat':ut ſtrenue/fortiterq; agerēt:& pro
fide/& priē ſalute pugnare nō deſiſterēt.Profecto ſi qs
Bartholemeū ex aliq̄ cōpatiōe cōmēdare uellet.Qua/
lē ſe Ioānes capiſtranus ī oppugnatiōe albe grecę/q ī
Danubii ripis poſita eſt:cōtra turcas geſſit:nā eius ui
tæ ſanctitate/& ſacratis ad deū īmortalē ꝑcibus pan
nonii fortiſſime decertātes/barbaros in fugā cū ma/
xima eoꝝ cæde/& ſtrage uerterunt. Pariter Barthole
mæus ītegrā illā noctē ab adhortatiōe oppidanoꝝ/&
a ſacris hymnis/& ꝑcatiōibus nō ceſſauit:Cui merito
magna pars liberatæ ſcodræ aſcribi pōt.Ideo priuſq̄
barbari pugnā illā horrēdā inirēt/huiuſcemodi ꝑci/
bus deū īmortalē placare conatus eſt:ut expoſceret
ueniā & ſalutē fidelibus xpianis.Adhortatus eſt po/
pulū Scodrēſem ad ueri dei hymnos/& laudē:Ellu/
dens barbaroꝝ uanas/& irritas ſupplicationes.

Hymnus Barthole/mæi.

Oīpotēs/& miſericors deus/q es dn̄s exercituū/Pater/
& creator omniū reꝝ/rector/& moderator optimus:

In cuius manu ſunt omniũ ptãtes/& omniũ iura re/
gnoꝝ:Cuius uolũtate/ac nutu nos miſeri peccatores
in his anguſtiis poſiti ſumus:Qui nõ uis quępiã tur
piter iniuria affici.Reſpice ĩ nos q̃ſumus:& miſerere
xp̃ianoꝝ tuoꝝ:qbus ĩ nullo alio ſpes eſt/nec fiducia/
q̃ in ſũma potẽtia:clæmẽtia/& bonitate tua:ut gẽtes
barbaroꝝ:quæ in ſua ĩmanitate cõfidũt/dexteræ tuæ
potẽtia cõterant̃. O Ieſu fili Dauid ꝓpitius eſto no/
bis peccatoribus.defende ſeruulos tuos:& miſerere
nr̃i/& ppl'i tui xp̃iani:pro quo mori/& tot cruciatus
pati nõ dubitaſti.O Redẽptor nr̃ adueni/& ſuccurre
nobis:quia torrẽtes/ & aquę ĩnũdauerũt in nos.Ecce
obruimur/ecce imergimur:niſi adueneris:& eripueris
nos.Tu ſolus es redẽptor:tu ſolus/qui liberare potes.
Ecce Orcus/ecce Pluto nos deglutire paratus eſt/Ter
rã iã dehiſcere uidemus/terrã apiri:ut nos abſorbeat.
Ecce furor/Ecce rabies barbaricę gentis adeſt:Quæ
ad fidẽ tuã ſanctiſſimã ſcindẽdã/euertendãq; accele/
rat:Pro qua tu o Redẽptor Petro dixiſti/Pro te o pe
tre rogaui:ne fides tua cõminuat̃/ ſiue deficiat. Ergo
potentiſſime/& clæmẽtiſſime adueni:ne moreris/Cir/
cũcinge nos muro tuo inexpugnabili/ & armis tuæ
potentiæ protege. Libera nos ſemp deus Iſrael cla/
mantes ad te/Da gloriã nomini tuo:& erue nos ĩ mi/
rabilibus tuis: qui pro ſanctiſſima fide tua/& religio
ne tutãda/tã diras/ tãq; acerbas procellas/tot damna/
tãtas cędes patimur:Et emittere digneris angelũ tuũ
ꝑcutientẽ: qui iuſſu tuo hoſtes/meum ethanãq; gentẽ

ꝓſternat:fuget/atq; peſſundet:nec aliter q̄ pro libera
tione ppl'i tui Iſraelitici cōtra crudelitatē Senacha/
rib:ex cuius exercitu/ipio tuo & uolūtate/una tm̄ no
cte/cētum/& octogīta milia hoīum īterfecit,fac illis
dn̄e ſicut madiā & ſyſare:ſicut Iabī ī torrēte cyſon:
Diſperierūt ī endor:facti ſunt ut ſtercus terræ:Pone
prīcipes eoꝝ ſicut oreb & Zeb & Zebeæ & ſalman.
Deinde ad Intemeratā uirginē cōuerſus ſuppliciter
has prēces effudit.O glioſiſſima/& beatiſſima uirgo/
Mr̄ ſūmi regis:cœli/terrę/maris Regīa.Hoſpitatrix:
tutela/& aduocata nr̄a ſuppliciter/ac ſubmiſſe miſe/
ricordiā tuā exoramus/ut fidelibus/& xp̄ianis tuis ad/
ſis:Qui pro honore/& ſanctiſſima fide unigeniti fi/
lii tui pugnare totis uiribus nō deſiſtunt:Quibus &
enī nulla eſt alia ſpes:nullaq; fiducia:niſi ī ſup̄ma po
tentia/miſericordiaq; ſūmi regis regū filii tui/& p̄ci/
bus:ope/atq; auxilio tui numinis/tuæq; deitatis/Tu
enī ſola es:q̄ nos ab īmanitate/feritateq; impiiſſimæ/
ſæuiſſimęq; gentis meumethanæ tueri/eripeq; potes:
qa nihil eſt:qd̄ apud filiū tuū īpetrare nō ualeas/Oīa
enī tibi ex arbitrio tuo cōceduntᷣ.Quare age/O Re
gina/& īpatrix/ꝓtege/& ſuccurre (res.n.feſtinatione
indiget)cōtere brachiū peccatoris/& hoſtis maligni:
Debilita/& enerua eius uirtutē:tolle potētiā:obcæca
lumen oculoꝝ. Colliga pedes eius/& manus/ne fera/
Tertiꝰ pugnę apparatus:
peſſimaq; gēs nobis dn̄etᷣ. Dū hæc geruntᷣ in urbe:
Interea uero ingēs uis/& flatus uentoꝝ undiq; exor/
tus eſt:Qualis nec hyberno tp̄e oriri ſolet/Adeo uio

lentus erat:ut quod aiunt ſecũ & urbẽ/rape uideret.
Tũc uero barbari/q facile his ſupſtitiõibus ducunt:
& libenter auguria obſeruãt/Arbitrati ſunt/ſe bello
ſupiores fore:uictoriaq; potituros/ppea q flatus ille
uẽtoꝶ ſũma magis pflabat:in urbẽq; uerſus erat:nã
ppugnacula/ſtatiões/q; oppidanoꝶ p auras tollebat:
eoſq; miꝶ ĩmodũ uexabat/unde ex cõtinuo/maxĩoq;
eius flatus ſtridore/ex nimio clamore barbaroꝶ/q un
diq; efferebat.Preterea ex motu armoꝶ/crepitu tor/
mẽtoꝶ/ueluti mugitu mõtiũ.(Eo.n.tpe/ utpote quie
to/facilius cuncta audiunt):Imago quædã ingentis
terrę motus reddebatur:Quo funditus terra cõcuti/
& hiſcere uideretur/Barbari.n.per totã fere noctẽ uo
ciferare nunq̃ deſtiterũt.Iam fere noctis extrema ps
erat.Ecce ius illa uentoꝶ ad ima/ & inferiora conuer
ſa diuino numine(ut credit)Turcas ipſos plurimũ
agitare cepit:& uſq; ad ſolis ortũ/adeo:ut turpiter/&
cũ ſtrage maxima a xp̄ianis retro detruſi ſint/quo uẽ
toꝶ in eos uerſo impetu:& aĩos abiecerũt/& Scodrẽ
ſibus uictoriã adiudicarũt. Præterea miraculo fides
manifeſta acceſſit:per totã noctẽ illã uiſi ſunt cærei
paſſim per ſtationes/& munitiones/in cuſpide lãcea/
rũ/& haſtiliũ/& trabiũ ardere:quos in ſignum uicto/
riæ/non niſi diuinitus præmiſſos fuiſſe credendũ eſt.
Nec quiſpiã humanas mẽtes illuſas eſſe putet: quo/
niam nautis hoc ſepenumero in mari cõtigiſſe ferũt:
qui qum a tẽpeſtate/& fortuna aduerſa iactarentur.
Diuũ Nicolaũ/alios ue ſanctos inuocando/deprecã/

doq; luminaria accenſa/& candellas in naui ardentes
atteſtati ſunt ſe uidiſſe:Licet Caſtori & polluci id ua
na antiquitas ſupſtitioſe aſſignet: Plinius uero id in
maieſtate naturæ recōditū eſſe aſſerit/qua ex re Sco
drēſes erecti & ſpei/& uictoriæ pleni nō aſſiduis bar
baroꝝ clamoribus:ac ullulatibus quod ad terrorē cō
tinue edebant:āplius mouebant᷑. Sed ad ꝑces cōuerſi
redēptorē ſuū/ & intemeratā matrē:diuū Marcū/&
Stephanū ſupplici uoce īuocabāt/ardētius/& accu/
ratius cuſtodiæ ſuæ uacātes/nihil/q đ ad defendendā
urbē ptinebat/nullis tēpoꝝ interſtitiis omittebant/tū
uotis/ac ꝑcibus/ tū bñagēdo/uictoriā in manibus ha
bebāt:In animū introduxerāt:quod certiſſimis patet
expimentis/deū īmortalē his ſuccurrere/q nō ſegnes/
& deſides ſint/ſed ad laborādū/& uigilādū accincti.
Ideo alii uallū/& munimēta reficiebant:nōnulli tor/
mēta locis ſuis diſponebāt:quidā pluteos ꝑparabāt/
& ollas calce replebant/uaſa oleo/pice/reſina obline/
bāt:cados/& diuerſoꝝ uaſoꝝ genera puluere/& ſa/
xis opplebāt/nemo alicuius muneris exps erat.Intēti
oēs/feſtinare/parare/q̄ ad īminētē pugnā ptinebāt:ni
hil intētatū relīquere/Oēs/q đ agēdū inſtabat ſedulo
pficere:mutuis adhortatiōibus ſe inuicē ad uictoriā
intrepidi & alacres excitare. Par animus ī matronis
erat:q̄ nulla ex pte:nec ſedulitate/nec ꝓmptitudine/
nec labore aſſiduo ad ꝑparādū ea/q̄ ad ſalutē ciuita/
tis ptinebāt:uiris cedebāt.Eo maior ꝓfecto haꝝ laus
q̄to ſexus debilior:mixtę uiris munimēta aſcēdebāt:

ſtrenue cũ hoſtibus dimicabãt:plures eaꝝ tormẽtoꝝ
ictibus interfectæ fuerunt.Ottomanus pugnæ ſignũ
dederat: ut in lucẽ ad crepitus tormẽtoꝝ|ex munitio
nibus erũperẽt:& oppidanũ aggreſſi|ꝓpugnacula ui
riliter cõſcẽderẽt:& ad urbis expugnationẽ totis ui/
ribus intẽderẽt. Chriſtiani uero haud ignari barbaꝝ
apto marte ante lucẽ de more urbẽ eſſe aggreſſurũ|
ubi cuncta ad bellũ cõpoſuerãt:ordinarãtq; hoſtẽ ad
pugnã inſtructi oẽs|atq; accincti expectabãt:p̄cipue
ad munimẽta|& turres portæ magnę(cætera nãq; lo
ca urbis|ut prędiximus ſatis tuta|munitaq; erãt)ubi
ſumma pugnæ|totaq; uis belli futura erat|ubi cardo
totius certaminis erat.Oĩs labor inſtabat.Omne pi/
culũ ingruebat:quo fortiſſimus quiſq; barbaroꝝ cõ
uenerat:quo prĩceps ipſe cũ oĩ apparatu ſuo uentu/
rus erat. Quo.n.loco|q̃q̃ & itali|maritimiq; milites
adeſſent|tñ maxĩa pars copiaꝝ ciuibus cõſtabat|for/
tiſſimaq; manus iuuentutis agreſtiũ cõuenerat:Ade/
rat quoq; & ipſe p̄tor urbis:apud quẽ ſorte cõſtitutũ
eſt:Quiſnã primus cũ copiis uallũ aſcenderet:& cũ
hoſte cõfligeret:& primo cõgreſſui barbaroꝝ ſeſe op
poneret:nam terribilior|magiſq; ferox eſt prima uis|
primuſq; barbari ĩpetus. Fortiſſimi.n.primi|& robu
ſtiſſimi oĩum pugnã ſubeũt:triplici aũt cõgreſſu rẽ
maxĩe expedire conant̃.In his nihil ꝓficiẽtes:ſegnio
res|remiſſioreſq; uiribus efficiunt̃:belloq; admodũ
penitus deficiũt.Stabãt utriq; ad pugnã accincti|In
ter xp̄ianos uero|q̃uis nullus aduerſus hoſtem primã

pugnæ ꝓgatiuã recuſaret nihilominus ꝓdiit ĩ me/
diũ ante oẽs Iacobus moneta ciuis egregius/& ſum/
mus bellator:qui ætate/ingenioq; grauis armis/reꝝq;
militariũ ꝑitia cœteros ãncellebat/ꝓcero corpore/fa/
cũdia prȩditus/parẽtũ ſplendore/& diuitiis ornatus.
Hic dũ inſtaret acerrima pugna:eius partes primas
ſibi dari popoſcit:nã:ꝑſto erãt ei centũ uiri/& ãplius
robuſtiſſimoꝝ corpoꝝ/ex ciuiũ/agreſtiũq; iuuẽtute.
Aderat quoq; Mõcinus eius frater:uir qdẽ ſatis bel/
licoſus/ſolers/& induſtrius in munimẽtis cõficiẽdis:
In ciues/& in milites munificus/Verũ Iacobo ꝓpter
auctoritatẽ grauitatẽq;:& quia antea ſemꝑ ꝓclare res
militares geſſerat:Libentiſſime oẽs aſſenſi ſunt.Itaq;
collecta manu militũ aĩos eoꝝ ſic ĩ pugnã tali oꝛone
accendit:ſic pro uictoria exhortat̃.

**Iacobi monetȩ oratio.**

Exploratũ/atq;
cõptũ iã nimiꝝ uobis milites eſſe arbitror/qti Otto/
manus uos/uirtutẽq; ueſtrã faciat:Cũ iis diebus ſu/
ꝑioribus tot edicta/tot minas ĩ ſuos ediderit:ut unũ/
quẽq; abſq; ulla exceptiõe in pugnã cõtra uos ꝓdire
cogat:nã qũ eoꝝ ignauiã accuſet:timorẽ ſuũ ĩdicat:
& q̃ti uos faciat oſtẽdit.Iam nõ frœtus uirtute/& ro
bore militũ collecta uiliſſima ex oĩbus natiõibus col
luuie:quos oẽs gregarios milites:& ſeruilis cõditiõis
cẽſeas:reꝝ bellicaꝝ ꝓrſus ignaros:exptes:ſola multi/
tudine uos ꝑterrefacere putat.Sed quorſũ hȩc Otto
manus?nã ſi cũ ueteranis ſuis/ & exptis militib⁹ nos
expugnare minime ualuerit/quomodo nũc cũ abie/
ctiſſima turba/ & mechanicoꝝ manu debellare cre/

dat? Scitis iã o milites ꝙ quoties nobiſcũ manus cõ/
ſeruerit:certamenq; cõmiſerit/toties a nobis repulſus
eſt:& uſq; ad ſtatiua maxima clade/atq; ignominia ꝓ/
fligatus.Fortiſſimus quiſq; ſuoꝝ iã interiit:ueterani/
& bellatores eius iã fere oẽs cecidere:putat ne Otto/
manus cũ aquariis/lignariis/& cocis urbem noſtram
ingredi? Credibile eſt iam diſceſſuꝝ fuiſſe:niſi dede/
core/& ignominia moueret̃.Tentat nũc Ottomanus
tentat aſtutia/& ſagacitate ſua. Hic eſt eius ultimus
conatus/nõ amplius oppugnationẽ tentabit. Vidiſtis
iam ipſum cũ ſua uerſutia/& calliditate nihil profe/
ciſſe/ita nec in poſteꝝ(Sumus.n.curæ deo)quicquã
profuturꝝ cõfidite.Reliquũ eſt nimiꝝ/ut ii/qui a cla/
de ei ſuperfuerint/hodierna luce a uobis humi pro/
ſternantur. Exanimati ſunt oẽs barbari/& perterriti:
nouerũt.n.uirtutẽ ueſtrã:experti ſunt iam uires. Ti/
ment quidẽ uos.Sed ui/coactiq; ad bellũ trahuntur.
Ecce tanquã belluæ ad occiſionẽ/& interitum ruunt.
Ottomanus tãq̃ pecora ad necẽ ĩpellit.Sed dicat mi/
hi ſanæ mẽtis aliquis/quid præclari animus timidus/
atq; inuitus gerere poſſit? Quare o ciues fortiſſimi
lares proprios/patriã/quæ hodie ferro defendẽda eſt/
reſpicite. Miſeremini cõiugũ/liberoꝝ ueſtroꝝ:quos
tanto labore/ſtudio/atq; cura educaſtis. Nolite ſinere
eos iugulari/atq; in ſeruitutem rapi/nulla eſt.n.pie/
tas in barbaro/nulla profecto miſericordia/hic dies/
& periculis ueſtris ultimã manũ imponet/nolite hoſti
ignauo/ac imbelli cędere.Omnes enim ſi ceſſeritis ad

unũ tãquã belluæ trucidabimini/nuſquã eſt uobis fuga:nulla ſpes alicunde/nec ex alieno præſidio.Incolumitas ueſtra/patrię/liberoꝝ hodie in manu ueſtra ſita eſt:qui ſi fortiter/animoſeq; hoſti repugnaueritis/uictus hoſtis a uobis abibit:nec putetis turcas inuictos eſſe:uinci.n.poſſũt:& ſæpe a uobis uicti fuere.Q uãti autẽ turcæ ualerent/eorũq; arma/uirtus ueſtra prima obſidione oſtendit.Minor ſane eſt turcaꝝ potentia q̃ fama feratur/hæ copiæ barbaroꝝ/hæc multitudo/quæ ad hoc bellũ uenit. Inermis eſt/atq; imbellis: quã tãquã pecudũ gregẽ nobis diſſipare licebit. Tumultus/ullulatus/multitudinẽ eoꝝ nolite timere! Virtus ſpectanda eſt magis/q̃ numerus. In multitudine exercitus:nõ eſt uictoria belli/Sed diuinitus. Tam facile eſt deo in paucis/q̃ ĩ multis uincere.Cauſa noſtra dei eſt:nos iure pugnamus pro lege dei/pro fide/pro patria/pro aris/& focis/pro liberis. At ii contra quod nunq̃ habuere/ui/atq; iniuria petunt/pro libidine eni unius/pro auiditate imperãdi nos uita/patria/boniſq; priuare cõtendunt.Sed bono quidẽ o uiri eſtote aĩo: quia Deus/cuius prouidẽtia cũcta regunt̃:qui nemini uim inferri:nec ĩniuſte quẽquã uexari patit̃. Ipſe hoſtes in cõſpectu noſtro hodie conteret:hodie nobis de cælo uictoriã mittet:cuius quidẽ ut nõ ſimus compotes/quid timeamus? qd dubitemus? Sumus.n.egregia bellatoꝝ manꝰ/multitudoq; militũ delecta/armis exercitata/nõ deſunt nobis militaria arma:nõ bellica inſtrumẽta:nõ qui his perite utant̃. Præterea nos lo/

cus eminens|& accliuis tuet̃.Illi in aſcenſu trepidi|& ſemianimes|more purũ timido|& titubãti gradu ini/quitate loci plurimũ laborabunt. Itaq; hodie barba/rus uires noſtras ſentiet|hodie chriſtiani uirtutem|fi/deq; chriſti experietur|quod uera ſit|cæteriſq; poten/tior|hodie turca uincet̃|hodie efferata Ottomani ra/bies proteret̃:cõculcabiturq;|hodie eius ſupbia ruet|atq; cadet.Sumamus igitnr arma lœto|exhilariq; aío munimẽta uiriliter|intrepideq; cõſcẽdamus:In hoſtẽ fortiter|audacterq; irruamus.Hodie hanc peſtẽ|hunc morbũ|hanc cõtagionẽ a nobis ex urbe e regione no/ſtra reiiciamus.Debilis eſt hoſtis:nec ab eo uinci po/terimus|niſi uolentes|primo enim cõgreſſu|profliga/bitur:in fugã cõuertet̃.Q uid dubii? Q uid difficul/tatis? Nã barbari|qui e tot cladibus ſuperfuerũt|par tim pterriti|& feſſi|partim confoſſi|uulneratiq; ſunt. Hi timidi|atq; ĩermes:nos uero armati oẽs:optimiſq; loricis|thoracibus|galeis|induti|atq; inſtructi.Corpo/ra noſtra tota ferro tegunt̃.Q uiſq; noſtrũ aut haſtã ferratã|aut manu habilẽ catapultã fert.Vnus cũ mil/le ſtrenue pugnabit. Q uãobrẽ minime durare pote/runt.Iis.n.oĩa ĩcõmoda aduerſant̃:nobis uero cũcta adiumento ſunt:& nos defendũt.Sed imprimis bea/tiſſima uirgo:diuuſq; Nicolaus:cuius O milites ecce templũ:ecce ædẽ queadmodũ tormẽtis ſæuiſſimi p/duelliones|diuiniq; cultus corruptores uiolarũt|detur paruntq;.Mementote. O ciues illud diuinũ|nõ reticẽ dumq; miraculũ:quod is ſanctus in prima obſidione

in barbaros(ut ipſi atteſtati ſunt)oſtendit:nā primū ſaxū ſphæricū:quod ipſi barbari in hoc tēplū/& hāc ædē cōtorſerunt/beatus Nicolaus nō ſine magno pe/riculo in eoſdē reflexit:ex quo plures interfecti ſunt proinde/O cōmilitones mei ipſum inuocate:eſt.n.mi hi quoq; uenerād9.Ipſi cōfidite/qa erit nobis adiumē to/hic retorquebit tela a barbaris emiſſa ī eos.hic tor mēta:hic eoꝶ uires cōminuet:hic eos ī fugā cōuertet: hic nos ab impiiſſima/ſceleſtiſſimaq; gente defendet atq; liberabit:q̄ hodie pœnas ſuoꝶ ſcæleꝶ luet.Q uā obrē o chriſtiā i/& cōmilitones mei in hoc die/in quo deū propitiū/habemus/exultate/lætamini:& illi ſolí/pro tanto in nos beneficio gloriā date:hodie fama ue ſtra per uniuerſum orbē euolabit:hodie nomē urbis noſtræ ubiq; propagabit̄:hodie palmā/& triumphū ſumma cū laude/& gloria ex hoſtibus diuino fauēte numine reportabitis:hodie arma/& ſpolia ab eis arri pietis/hodie fidē catholicā/cuius incolumitas in ma/nibus noſtris eſt/cōſeruabitis:hodie nomē diui Marci penitus illuſtrabitur:labores ueſtri nō erūt irriti.Mer ces ueſtra copioſa erit:nā a Veneto impio quiſq; ue/ſtrū ſummis honoribus/& præmiis decorabit̄.Chri/ſtiani oēs uos in cœlū efferent:& æterna gloria cele/brabūt.Q uare agite/pſtringite gladios ī barbaꝶ:ſę/uite in fures/& orthodoxæ fidei hoſtes/pfidoſq; latro nes.Obtruncate/tela/& igneos globos/& cætera ma/chinamēta bellica cōtorquete.O mulieres/o matronę ſaxa ſedulo ſuggerite.O iuuenes irruite ī turcas:ecce

uincuntur:ecce terga dant:aufugiunt.His dictis mi-
litũ animi tanto bellãdi ardore accenſi ſunt|ut nõ ad
certamen:ſed tanquã ad ludũ intrepidi|feſtinanteſq;
deſcendere uiderentur.Erant autem armis neceſſariis
pulchre inſtructi|læti|& alacres|minime de uictoria
dubii.Dixiſſet qſpiã|qui eos tã aĩatos uidiſſet|tot ue-
luti leones accerrimos|igit͛ re diuina pacta uexilloq;
crucis præmiſſo|ad pugnã cuncti maturabant.

Interea nõdũ orta luce princeps Ottomanus iugũ montis baſſæ cõſcendit:unde pugnã deſpicere ſolitus erat.In eo ut primũ cõſtitit|undecĩ tormẽtis craſſiſſimis|& duodecim aliis minoribus|munimenta|& propugnacula urbis diſſipari|& proſterni cæperunt. Barbari|qbus illud ſignũ datũ fuerat irruptiõe facta undiq; euolare:& ingenti| tumultu|clamoreq;(ut moris eſt) urbẽ circũuallãtes|propugnacula| & munitiones ſcãdere:qui qdẽ tãta promptitudine|& celeritate uſi ſunt|ut priuſq̃ noſtri uallũ portæ magnæ cõſcendiſſent|iã illud occupauerãt:& uexilla ſua ibi erexerant.At uero ubi Iacobus moneta qum eo cũ ſua cohorte ſine mora accurriſſet:hoſtẽq; in munimẽtis urbis conſpexiſſet|ad ſuos cõuerſus ita inquit|o uiri|o chriſtiani|quid ĩmoramini?quid expectatis?Et uibrato ferro|res.n.morã prohibebat|pugnã cominus cum hoſtibus accerrime iniit:qui qdẽ erãt ex hoſtili exercitu|prima|& delecta manus(ſolẽt.n.turcæ primos in certamine mittere|q fortiſſimi|& ualidiſſimi ſunt)hi ut terrorẽ noſtris incuterent|elata uoce|uultu horren-

Secũdus Tertiuſq; hoſtiũ cõflictus.

do/atq; habitu/& aſpectu terribili ſe tremendus præ/
bebāt. Tamē tāta fuit uis ducis/chriſtianorūq; cōſtā/
tia/atq; uirtus: ut ipſi hoſtes nō ueriti/eoꝶ inſignibus
diſturbatis/illos acriter protererēt: & in ipſis munimē
tis paſſim obtrūcarēt. Sed tāta barbaroꝶ multitudo
undiq; ad inuadēdā urbē cōfluebat/ut cōfertim cum
his cominus gladiis dimicādū eſſet. Ideo tāquā peco/
ra fœde trucidabant̃: nec tm̃ gladiis proſternebant̃.
Sed & oī genere tormētoꝶ/& machinaꝶ: præterea ſa
xis/calce/igni multo maior eoꝶ ſtrages ſequebat̃: qm̃
tā denſi/tā ſtipati erant: ut tela in irritū non caderēt:
nec præterea pp frequentē multitudinē retrocedere
poterāt. Qua ex re xp̄ianis creuit animus: qui acrius
in certamen ruebāt. Hoc pacto in lucē utrinq; acri/
ter pugnatū eſt. Barbari ter uſq; ad foſſas/& aggeres
turpiſſime profligati ſunt. Iam exorto ſole Iacobus
moneta/qui nocturno illo certamine præclare cū ſua
cohorte ſe geſſerat/ ut aliquot ex ſuis partim cæſos/
partim uulneratos cōſpexit: acrius incenſus in hoſtes
fuit: Quāuis ipſe totus uulneribus cōfoſſus eſſet: q̄/
uis facies eius robuſtiſſimo barbaro/quē in ipſo ual
lo ſtrenue ꝓſtrauerat: grauiter pcuſſa eſſet: nā q̄uis to
tus ualidiſſimis armis munitus eſſet/tm̄ ex oibus mē
bris ſanguinis ueluti riui defluebant: bis telis hoſtiū/
& crebris ſagittis toto corpore collapſus/bis erectus/
& ſuſtentatus. Sed diuino numine cōſtantiſſimus in
pugna perſeuerauit: qui milites ſuos ita alacri uoce
hortatus eſt. Chriſtiani uiroꝶ fortiſſimi/& cōſtantiſſi

mi/hodierna luce fœliciſſimi.Ecce iã bellũ pegimus:
barbarꝝ uicimus:timorẽ oẽm deponite:hilari/intrepi
doq; eſtote aīo:ter enim hoſtẽ fregimus:propulſaui/
muſq;:tergeminã de eo uictoriã:triplicẽq; triumphũ
geſſimus. Ecce retro turpiter ceſſit:uires/animũ/im/
petũ amiſit. Vix hæc dicta finierat:E ueſtigio barba
rorꝝ tormenta in cõfertiſſimã turbã ſuorꝝ militũ im/
miſſa/partẽ eorꝝ ualidis ictibus diſſiparũt:partẽ in/
gẽti ſtrepitu attonitos ita reddiderũt:ut proni ĩ terrã
ceciderint:quod qum barbari conſpexiſſent:receptis
animis ſubito clamore iterꝝ ĩ certamen inualeſcentes
ruere cœperũt. Sed præclariſſimus prĩceps nihil ad/
modũ pterritus ẽ.Sed impigre/animoſeq; uim/cona
tuſq; barbarorꝝ cũ paucis ſuſtinuit/quo ad reliquũ
chriſtianorꝝ ſubſidiũ uallũ conſcendit:ſuos ſemp ad
pugnam/& uictoriã excitauit:nec inde unq̃ diſceſſit:
qnoad bellũ diremptũ/atq; peractum fuit/unũquẽq;
chriſtianorꝝ ſtricto enſe ĩ pugnã impellebat:neminẽ
etiã q̃uis grauiter cõfoſſum a bello/& loco ſuo diſce
dere pmittebat.Interim uero cõſcenderũt uallũ Egre
gii ciues/ & ſtrenui uiri Blaſius humoi/ & Petrus ei
affinitate iunctus cũ egregia manu armatorꝝ:quæ &
ciuibus/& incolis/aliarũq; nationũ turba cõſtat:qui
oẽs cũ hoſtium furori ſe animoſe intrepideq; oppo/
ſuiſſent:maximũ/aſprimũq; certamen cõmiſſum eſt:
Q uod qum in longũ protraheret́/utrinq; & proſter
nebantur/& paſſim fœde trucidabant́.Satis ꝓſpera
pugna a chriſtianis ſtetiſſet:niſi barbarorꝝ tormenta

in monte baſſæ poſita ordinē ciuiũ turbaſſet:& chri
ſtianoꝝ uires ꝑtriuiſſet:nā tā crebri ictus hinc/& in/
de īmittebant̄:ut nõnũꝗ munimēta ꝓtectoribus ca/
rerent. Turca uero/qui qũ lõge numero ſupior eſſet:
continue ſuccedebat: ualidiorq; factus ad ulteriora
gradũ promouebat. Sed ecce eo cõuolauit impiger/
egregiuſq; iuuenis Lucas moneta ex fratre Iacobi na
tus:de quo ſupra dixi:quē magna uiroꝝ multitudo
armata ſequebat̄:quæ tãto impetu ĩ hoſtē delata eſt:
ut is grauiter ꝑculſus aliꝗtulũ retroceſſerit. Veꝝ qa
maxima barbaroꝝ multitudo/ ingenti numero plu/
teoꝝ/cratũq; aggeres/& foſſam tranſierat:Inde pelli
minime poterat. Sed hi ꝓmunitionibus aſtãtes acri/
ter cũ oppidano decertabãt:ter enī foſſam ꝓtergreſſi
ad munimēta aſcenderũt:& ſemꝑ a ſcodrēſibus tur
piter reiecti ſunt.Quamobrē qum Ottomanus uir/
tutē/cõſtantiãq; chriſtianoꝝ aſpexiſſet/ualde ꝑturba
tus iuſſit caſtroꝝ ꝓfectis:ut oẽs copiæ/omniſq; mul/
titudo/quæ urbem circũuenerat/e ueſtigio ad portã
magnã concurrerēt/Ibiq; renouato certamine acrius/
grauiuſq;/ꝗ antea pugnã intenderēt:nec inde deſcen
derēt/Sed unũqueq; in prœliũ impellerēt:terga dan
tes grauius cæderēt:nec a bello deſiſterent/etiã ſi oẽs
a chriſtianis interficerent̄/quoad urbs expugnaret̄:
Ecce omnis multitudo barbaroꝝ/ſeu maior pars uali
diſſimoꝝ militũ conuerſis ſignis ad portã magnã/&
ad eius uallũ feſtinauit:Cuius e regione princeps mo
rabatur:ubi dato ſigno tubaꝝ/tympanorũq; ſonitu/

ſublato ingenti clamore/præmiſſis ſignis/ſumma ui
impetuq; irruperũt:& prętergreſſi aggeres/& foſſam
ad uallũ puenerũt:ubi ſignis fixis cominus cũ oppi/
dano gladiis dimicabãt:& tãta fuit profecto uis/fu/
rorq; barbaroꝝ/tãta multitudo tormentoꝝ/teloꝝ/atq;
ſagittaꝝ/ut ſcodrenſes/q pro munimẽtis res gerebãt/
pene oẽs aut interempti ſint/aut grauiter/ſauciati. Ita
ut hoſtis nullũ fere aduerſariũ/nullũ oppugnatorem
hẽret. Princeps uero/ut ſcodrenſem ſic oppreſſum/&
ſigna ſua ĩ uallo fixa aĩaduertit/ut auditũ ex his/qui
tũc ei ꝓximi aſtabãt/magnope lætatus/in hæc uerba
prorupit. Iã nũc pſpicio chriſtianũ defeciſſe. Iã ſco/
drenſem debellatũ eſſe:urbẽ expugnatã. En quis eſt/
qui militibus meis repugnet? Quis locus tã arduus/
inexpugnabiliſq;/qui ab his nõ expugnet/neminẽ ex
chriſtianis iã uideo/neminẽ/qui pugnet. Edepol urbs
iã mea eſt. Tunc uero aiunt pręfectũ caſtroꝝ/qui pri
ma obſidiõe urbẽ oppugnauerat/his uerbis principẽ
allocutũ eſſe Inuictiſſime princeps uereor ęquidẽ ne
decipiant. Opinor rẽ aliter ſe habere/nõdũ urbẽ ex/
pugnatã eẽ:nõdũ oppidanũ debellatũ. Simulat ęqdẽ
crede mihi/fallax ſubdoluſq; chriſtianus:nã ab hinc
annos quattuor:dũ obſidioni ſupiori peſſem/ꝓbe ex
pertus ſum:Solet.n.uafer/calliduſq; ſcodrẽſis copias
in bello recẽtes ad nouiſſimũ ſubſidiũ conſeruare:ut
hoſtẽ exhauſtis uiribus feſſum:ipſe ĩteger/& refectus
penitus opprimat/ac ꝓſternat/nõdũ copias ĩſtructas/
nõdũ munitũ pſidiũ eoꝝ uidimus? Vix hæc dixerãt.

En e ueſtigio chriſtianoꝝ copiæ:q̄ i foro paratæ erãt:
ad portã magnã cũ uexillo aureo cõuolauere:& ſtatĩ
edito ſonitu tubæ:nomineq; Ieſũ inuocato:hoſtẽ ar-
mis:ferro:telis acerrime aggreſſi ſunt:illũq; gladiato
rio aĩo undiq; cædẽtes:feriẽteſq; e uallis deturbarũt:
eorũq; inſignia proſtrauerũt.& diſſiparũt. Vbi uero
Ottomanus:qui prius uictoria iã parta lætus gloria-
bat:ſuos tã fœde deiectos:ꝓfligatoſq; uidet:ſigna di
ſturbata:ꝓſtrataq;:cõtriſtatus ualde ingemuit:& ex-
candeſcẽs:tormẽtoꝝ peritis ſtatĩ iuſſit:ut crebris tor
mẽtoꝝ ictibus:uel cũ ſuoꝝ ſtrage chriſtianos paſſim
& crebro cęderẽt. Tũc uero uidiſſes oĩa barbarorum
tormẽtis:q̄ in monte baſſæ poſita erãt:miſceri:& ue-
xari:urbẽ:& munimẽta uelut a grandine diſcuti:du-
ces:& caſtrorũ p̄fectos:qui in iferiori parte erãt:ꝓpe
re ſtrictis gladiis ad ſupiora cõſcendere:unũquẽq; in
pugnã ĩpellere:ĩcrepare:ĩ certamine acrius ĩſtare. Bar
baros iuſſa principũ ptimeſcẽtes:eorũq; p̄ſentiã non
ſine pudore formidãtes:ſummo furore ĩ pugnã ſeſe
cõuertere:ſcodrẽſem acerrime opprimere:ꝓpugna-
cula undiq; oppugnare:oppidanũ uero cõtra fortiter
inſtare:pugnare:urbẽ tueri:hoſtẽ armis:& ferro repel
lere:tũ ſaxis:igni:cæteriſq; tormẽtis deturbare:Barba
rũ undiq; cœdi:ac trucidari:humiq; paſſim ꝓcũbere:
nõ ſecus:q̄ cũ calami:ui tẽpeſtatũ:ac grandinũ fracti
penitus ad radices corruũt. Cæteꝝ tanta erat uis:fre-
quẽtiaq; hoſtiũ:q aſſidue ſubibãt. Præterea tãtus erat
numerus:ĩpetuſq; tormẽtoꝝ:atq; ſpiculoꝝ:q̄ ſemper

undiq; cõuolabant/ut uix chriſtiani iã amplius uim/
furorẽq; eorũ ſuſtinere poſſent:oẽs.n.aut a tormẽtis
abſumpti erãt/aut a ſclopis interempti/aut a ſagittis
confoſſi/nullus ferme erat/qui gradũ ſiſtere poſſet:&
qũ omnis moles oppugnationis/& cardo totius nego
tii ad portã magnã uerteret̃/per totã urbẽ clamor in/
gens exaudiebat̃/ut oĩs manus protectoꝶ ad eã in au
xiliũ conuolaret/ꝗꝑ hoſtes in eo eſſent/ut iã iã ingredi
uiderent̃.Ecce præclara manus chriſtianorum armis
egregie inſtructa/uallũ conſcendit:cũ hoſte uiriliter
dimicat.Præclarũ erat uidere chriſtianos:nõ ut hoĩes
ſed more leonũ aſpectu ſanguinis animatos/feruore
fidei accitos ĩ prœliũ/cõtra barbaros ruere/nihil aliud
penſi hñtes/ꝗ̃ cõtra tyrãnicã ferocitatẽ/chriſti iniuriã
ſuoꝶq; cędẽ ulciſci.Oẽs.n.certatĩ tãꝗ̃ ferociſſimi leo
nes pro uallo pugnãtes in barbaros ſęuiebant:illoſq;
ſemꝑ oĩ tormẽtoꝶ genere ꝓſternebãt:& ꝑcipue igni:
a quo ĩfinitus numerus ꝑfocabat̃.Cõtorquebant̃ aũt
barbaroꝶ tormẽta ĩ ſcodrẽſes aſſidue:nihil.n.magis
xp̃iani uires ꝓterebat:ex quibus ſtrages/calamitaſq;
maxima/ac miſerãda edebat̃/nihilominus chriſtiani
nihil admodũ territi.Sed uitã nihilipendentes prom/
pti in pugnam ruebant.Et quãquam in tot pericu/
lis:& in tanto diſcrimine eſſent cõſtituti:tantoq; im/
petu barbarorum oppreſſi/atq; continue uexati/nun/
quam ab inuocatione nominis Chriſti/beatæq; uirgi/
nis deſiſtebant:& mutuis adhortationibus obliti pro
priorum nominum/fratres ſe inuicem appellabant.

Oēs unanimes tāquā ab una origine$ manātes(ut de gēte fabia traditū) barbaricæ ſæuitiæ fortiter occurrebāt:ut merito in illoꝝ cōmendationē illud pręclaꝝ decantari poſſit/Pulchrūq; mori ſuccurrit in armis. Certatim robuſtiſſimi milites inuicē ſe exhortantes uallū cōſcēdebāt:Sup ſtrage corpoꝝ ſuoꝝ intrepide hoſtē ꝓpulſabāt. Videres.n.maritū in cōſpectu uxoris occūbere:filiū ſub oculis pn̄is ꝓſterni. Patrē non morte filii conſternari:neq; miſereri/filiā patrē mortuum ſeu laborantē nō aſpicere. Tormēta barbaroꝝ āplius nō formidare:Iacula/ſagittas/ſclopoſq; pro nihilo hr̄e:feritatē/& īmanitatē hoſtilē/numerū pene infinitū paruipēdere/Sola cura/unicus amor omnibus inerat/Vrbē ſeruare/atq; defendere/patriā ſupra uires/& ad ſāguinē uſq; tutari:Vnūquēq; pro fide xp̄i alacriter pugnare:emoriq;:& uitā ſemel deo deuotā exponere. Ottomanus princeps qū ex mōtis ſpecula ꝑſpexiſſet ſcodrēſem pugnacē in bello/fortē/atq; cōſtantē eſſe:nec ullo pacto loco ſuo pelli/aut ſuperari poſſe/ſtomachatus/ira:atq; indignatiōe ualde cōmotus/Iteꝝ/atq; iteꝝ oībus tormētoꝝ pitis iuſſit:ut crebro/& indiſcrete/ſine ſuoꝝ/& hoſtiū diſcrimine tela/ & ſaxa cōtorquerēt/pariterq; impatoribus/ducibuſq; caſtroꝝ:ut collecta ex oī parte uniuerſa multitudine/ cunctis uiribus/atq; conatibus/oīq; ope/arte/atq; ſcīa ad urbis expugnationē intenderent:Illiq; iā extremā manū imponerent. Inſup minas horrēdas adiiciebat: grauiſſima ſupplicia:niſi rē ad effectū perduxiſſent/

ꝓponebat.Cõfeſtim ad nutũ ꝓincipis Meumethani oẽs uel ignaui & ĩbelles ad portã magnã ſummo ĩpe tu ac ultimo conatu errũpebãt.Præterea tormẽta oĩa tã ĩ ipſos turcas q̃ ĩ oppidanos obſtrepebant:ex qbus pariter ꝑmulti tollebant̃.Q uare ter maxima cædes ſtrageſqꝫ ipſoꝝ barbaroꝝ a tormẽtis ſuis edita ẽ. Ita ut id nõ paꝝ ad uictoriã oppidanorũ contulerit.Sed quãq̃ his auxiliis ſuccinti ẽẽnt xp̃iani:tñ tãta uis tor-mẽtorũ furorqꝫ barbarorũ ĩualeſcebat ut niſi dei oĩ-potẽtis diuinũ auxiliũ & beatiſſimæ uirgis:diuiqꝫ ni colai affuiſſet( ut uere affuiſſe credit̃ )T ũc tũc forte de urbe actũ eſſet nã uiſi ſũt ꝑ urbẽ heroes & dii pro mœnibus cõtra barbaros pugnare( ut ipſi poſtea bar bari fœdere icto aſſeruerũt):nõ imaginẽ humanã ha bẽtes ſed hoĩs formã excedẽtes:q barbarũ e uallo & munitionibus deturbabãt:ꝓpulſabãtqꝫ:ne urbẽ ullo pacto ingrederent̃.Interea ꝑclara & egregia manus chriſtianæ iuuẽtutis q̃ ex aliis ſtatiõibus & locis euo cata fuerat maxima ui & ĩpetu atqꝫ audacia illuc cõ uolauit:uallũ turris portæ magnę cõſcẽdit:acriter cũ barbaris decertare cœpit:ubi ex utraqꝫ parte frequẽ-tiſſimi cadebãt.Sed quia barbarus numero & ingẽti multitudine abũdabat:recens ſemꝑ certamẽ ĩſtaura-bat:xp̃ianus paucitate uix reſiſtere uix ſe tueri pote-rat:nã ex barbaris alii aliis ſuccedebãt:& ſtrata.cada uera calcabant:ex quibus ueluti gradus ad urbis in-greſſum faciebãt:Machinæ & tormẽta eorũ ſine in-teruallo in chriſtianos immittebant̃:nũquã eoꝝ ictus

irriti erant:plures de medio tollebant̃. Semel(quod reliquã ſtragem ſignificare poteſt):Vnius tantũ ictu lapidis/duo de uiginti chriſtiani deſiderati fuere. Clades multiplex ſemper oppidanorũ ſequebatur. Tormenta ſine numero obſtrepebant. Iacula/& ſagittæ undiq; confluebant:nec tantũmodo eam urbis partẽ/ad quam mittebantur infeſtabant. Sed ex illa ad plura alia loca non ſine magna cæde exiliebãt:& tã denſa ſpicula/atq; ſagittæ in omnẽ urbis partẽ ferebantur/ut undiq; terra his cõtecta ad palmum eſſet:non campanarum funes ſagittis infixis/cernebant̃.Adeo/ut ſcodrenſes per integrũ menſem nullis aliis lignis ad cõficiendos ignes uſi ſint. Fœdum aſpectum erat membra chriſtianorum tormẽtis diſſipata per aerem ferri:nulla munimenta/nulli parietes erãt:qui nõ his referti eſſent. Vici omnes urbis/uiæ/ſemitæ chriſtianorũ cruore cõtaminatæ/atq; pollutæ erant. Domus ſternebantur:templa ruebant.Aer ipſe pernitiẽ/& calamitatẽ chriſtianorũ deplorare uidebatur/nunq̃ tormenta innumera/& machinæ bellicæ ceſſabant. Tanta telorũ multitudo erat.Tam denſi eorũ ictus/& crepitus/ut grandini merito comparari poſſent. Quid dicã de horrendo tubarũ clangore:& timpanorũ ſonitu?Quid de ĩgẽti ullulatu/efferatiſq; uocibus barbarorũ?quibus omniũ aures ita obtundebãtur:ut nihil aliud audiri poſſet.Sed cælũ ipſum terris miſceri uideretur.Turpe ubiq; ſpectaculũ occulis omnium occurrebat:Vbiq; cruor.Vbiq; cadauera paſſim cęſa

membra diſiecta/& a reliquo corpore ui tormentorũ
auulſa/profecto ſi quis ſtragē/quæ ad portã magnã
edebatur/animo quieto cõtemplari potuiſſet:non mi
nus tetrã/& uariã eſſe dixiſſet/q̃ ea/quæ de uariis ſup
pliciorũ generibus apud inferos tradũtur/adeo res fœ
dæ/tetræ/horrendæ urbē ipſam cõſternebant.Clamor
iam per uniuerſam urbē/& uoces undiq; pſonantes
cuncta impleuerant exclamantiũ.O chriſtiani/& fide
les/o uiri/o mulieres/o pueri/o puellæ/o ſauciati/& cõ
foſſi/o languidi/& ægrotantes/accurrite ad portã ma
gnam/feſtinate/properate/laborantibus/chriſtianis/&
iã iã defectis ſuccurrite:quia hoſtis irrupit inualuit.
Barbarus iam urbē expugnauit.Ingreſſus ē.Interim
tantus erat tormentorũ omniũ ſtrepitus. Tam denſa
tela/tantus ſagittarum numerus/tantus puluis ex cer
tamine concitus/ut cœlum ipſum ex omniũ aſpectu
ſublatũ eſſet/nuſq̃ terra cõſpiceretur/nihil aliud/q̃ cę
des/clades/ſtrages/& cadauera proſtrata uidebantur/
nihil q̃ uelut tonitrua/fulgura/& coruſcationes ſentie
bant̃/nihil/q̃ ſtrepitus/tumultus/ullulatus barbarorũ
& horrēdę uoces audiebant̃/gemitus/clamorq; oppi-
danorũ inuicē ſe adhortãtiũ/ut ad portã magnã/ubi
cardo totius rei uertebat̃/oēs ſubito cõcurrerēt:ne ſo
lũ hi q integris corpibus erãt:ſed & uulnerati:& q in
lectis diu ęgrotãtes iacuerãt:reſumptis uiribus facto
globo in barbaros impetũ fecerũt:nõ ſaluti ſuæ par
centes:nec tormenta ulla:aut telorum denſam ueluti
grãdinem formidantes:ſubito magna hoſtium edita

ſtrages paſſim a chriſtianis cędebant̃ nõ tamẽ a pu/
gna deterrebant̃: Sed alii cæſis & ſauciis ſuccedebãt
pugna acrior inſurgebat: qa hinc barbari totas uires
exponebãt ut expugnationẽ toties infeliciter tentatã
tandẽ expedirẽt. Inde chriſtiani cũ agerent̃ de ultimo
ſuæ ſalutis diſcrimine nil aliud moliebant̃ q̃ ut ho/
ſtẽ a ceruicibus ſuis auerterẽt. Vtriq; plures cadebãt.
Mõ barbarus uictor erat mõ pellebat̃: & fœde cæde/
bat̃. Interdũ oppidanos denſe & cõglobatæ multitu
dini cedebat. Certamẽ ĩ multã diẽ ꝓtractũ erat: Mars
ĩcertus. Victoria anceps diu ſtetit. Tãdẽ qũ ex utraq;
parte fere oẽs ꝑter cæſos ꝑcuſſi & multis uulneribus
confoſſi fuiſſent pugna remittere cœpit. Impetus ille
priſtinus langueſcere nihil ꝑdaꝝ edi. Oẽs & lõgo cer
tamĩe feſſi & uiribus ꝑꝑ uulnera defecti uix ulterius
gradũ ꝓmouebãt. Chriſtiani tñ cõſtãtiſſime munimẽ
ta & urbẽ defendebãt: Q umq; barbaros penitus de/
feſſos deprehẽdiſſẽt ĩſtauratis uiribus & reuocatis
animis ĩ eo ĩpetũ fecerũt: q cõfeſtĩ ĩ fugã conuerſi cũ
maxima clade uſq; ad tẽtoria fuſi fugatiq; ſunt: ꝑte/
rea Ottomanus qũ de uictoria iã deſꝑaſſet: & ĩmẽſã
ſuoꝝ ſtragẽ uidiſſet receptui canere iuſſit. Subito tã
quã fulmine ꝑterriti hoſtes terga dedere: & oẽm deſe
ruere expugnationẽ. Hoc qũ ſcodrẽſes: q ſemꝑ ĩuicti
atq; ĩtrepidi extiterãt aĩaduertiſſent obliti uulneꝝ &
cædis ſuoꝝ barbarum fugatũ uſq; ad caſtra ĩſectati
ſunt: & poſt multã hoſtiũ cædẽ ĩ urbẽ ueluti triũphã
tes cũ ãpliſſimis ſpoliis q̃ hoſtibus detraxerant: ſimul

& multis militaribus ſignis/magno numero capitum hoſtilium reuerſi ſunt. Ex quo ingens lætitia mæror i pmixta totã urbẽ inuaſit: partim.n.patria ſeruata lę/tabantur: partim mœrore ſummo conficiebant̃: cum alii parentes inter cęſa cadauera/alii filios trucidatos. Alii fratres/nõnulli amicos/& ſodales cõquirerẽt. Eo maiori dolore afficiebant̃/quod mẽbra paſſim diſie/cta/& ĩ multas partes diſperſa colligẽda/& in unũ cõ gerenda erant: Qua tñ pietate/& religione potuerũt/ea tumulis mandarũt. Et ne chriſtiani diuini auxilii: quo plurimũ adiuti fuerant/immemores uiderent̃/ut gratias debitas deo ĩmortali pro tanta nictoria pſol/uerent. Triduo integro rebus diuinis/& piis ſupplica tionibus intenti hymnos ſacratos redemptori huma/næ ſalutis cecinerũt: & in oĩbus tẽplis ſe gratiſſimos eſſe oſtenderũt. Nõ tamẽ interim urbis cuſtodiã deſe ruerunt: nec a munimẽtis inſtaurãdis/& reſarciendis receſſerunt/nõ.n.aliter cuncta muniebant/& in ſtatio nibus excubabãt/quã ſi de integro hoſtis urbis oppu gnationẽ inuaſurus eſſet. At Ottomanus barbarorũ princeps poſt tã turpẽ/& fœdã ſuorꝝ fugã/tãtãq; cala mitatẽ dentibus frendens/& ingemiſcens ſuſcepti ne gocii pœnitentiã nephandis querelis oñdit: & in hæc uerba uoce iracunda prorupit. Vtinã ſcodræ nomen ad aures meas nunquã pueniſſet. Fruſtra ueni: & oẽs mei conatus ad irritũ cecidere. Deinde temerario/ĩpu roq; ore de deo ĩmortali q̃ſtus eſt: qui nõ ſua uota ſe/cundarit: quod nõ ſibi/ut olim Alexandro macedonũ

regi:& Cæſari imperiũ orbis terræ nõ cõcederet:poti
ri reꝝ ꝑmitteret. Satis ei cœleſtiũ curã eſſe debere:ſi
ſibi aduerſari uellet.His dictis uehemẽti furore cor/
reptus:ab urbis cõſpectu in tabernaculũ ſuũ ſe pro/
ripuit:ubi biduum ſe afflictans:& macerans neminẽ
admiſit:ſe inexorabilem præbuit.

## MARINI BARLETII DE OBSIDIONE SCO DRENSI LIBER TERTIVS.

Propoſitũ Meume/this nouæ pugnæ.

QVM uero dies tertius illuxiſſet/prin/
ceps Ottomanus confeſtim generale
cõciliũ cõuocauit/ut de integro nouã
urbis oppugnationẽ aggrederet̃/hoc
enim cõiectura quadã aſſequebatur:
chriſtianos tot cladibus/tantis prœliis obtritos:ãplius
reſiſtere nõ poſſe:& ob hanc cauſam facilẽ ſibi uicto
riã fore ſperabat.Cũ hæc & alia plura in mediũ pro
tuliſſet:ab oĩbus magna uoce ꝓpere ſucclamatũ eſt
id minime eẽ faciẽdũ:quod quicũq; ex ſuis certami
ni ſupfuiſſent:aut magnis uulneribus cõfoſſi eſſent:
aut ita uiribus exinaniti/& debiles facti/ut nullo pa/
cto quicquã ſtrenui amplius edere poſſent:nõ.n.ſibi
cũ hoĩbus inſtare certamen uociferabant̃/ſed cũ diis
pugnandũ eſſe.Quis enĩ cõtra deos arma ferat.Sa/
tius eſſe aſſeuerabant/ut ipſi inter ſe mortẽ inferrẽt:
aut ipſe princeps ꝓprio gladio ſigillatim unũquẽq;
iugularet/quã tã fœde/tã turpiter a chriſtianis truci/
darent̃.Tunc unus ex cõſiliariis Ahamathes begius
nomine ſurrexit:qui alios & ætate/& reꝝ geſtaꝝ prę

ſtantia|auctoritate|facundiaq; excellebat|oriūdus ex Ieurenſoꝝ familia:quæ uetuſtiſſima eſt:atq; omniū aliaꝝ(ut aiunt)præclariſſima:quæ nunc legē Ottomani in Europa ſequnť.Triginta enī uiri ex hac familia|ſummæ auctoritatis|atq; dignitatis ſub Meumethę floruere:ſecutiq; ſunt primū Ottomanū:qum ex Aſia in Europā traieciſſet.Itē duæ alię familię memoratu dignæ|principē nouā romā petētē comitatæ ſunt.Domus.ſ.Mialbegii:qui olim danubii ꝑfectus extiterat:& domus Alutbaſſæ. Veꝝ Ahamathes ī cōcione principē allocutus huiuſmodi orationē hūit.

Summa quidē uirtus tua eſt inuictiſſime Impator|laudes tuas quis unquā enarrare poterit:Mēs hominū eas non capit:Animus his ſtupet|lingua hæret| nec ad enumerādū eas tēpus omnino ſuppleret.Veꝝ illud ab omnibus pulcherrimū exiſtimari ſolet. Si quis|ſereniſſime princeps a maioribus ſuis|imperia accepta tutari:cōſeruareq; integre potuerit:hoc autē maius:ſi illud cum gloria auxerit:& ampliauerit:maximū uero:ſi ex nihilo:uel ex minimo ad ſummum præclaris geſtis perduxerit:hoc extremū uirtuti tuæ: ac fœlicitati aſcribēdum eſſe omnes cenſent.Sed inter omnes ego certiſſimū huius rei teſtimoniū afferre poſſum:a maioribus enim meis ſępius accepi:qui Aſiæ fines relinquētes:Ottomanum ſecuti:has ſedes incoluerunt. Maiores tuos:ut primum in Europam apulerūt.Angulū(ut ſic dicā)circa helleſpontū tātū modo tenuiſſe:qbus tu poſtea diuinitus ſuccedēs|tot

Orō Amathis pręfecti caſtrorum.

regna/tot ꝓuincias/tot imꝑia tua ſingulari/et eximia
uirtute adiũxiſti:ut ea cõmemorare lõgũ eſſet.Quis
enĩ digne enarrare poſſet:ut ĩ Europa Thraciã domu
eris? Vt Cõſtantinopolim caput impii orientalis? Tu
adrianopolim/Tu Calipolĩ helleſponti urbẽ clariſſi/
mã/Tu achaiã/græciã/boetiã:ubi thebæ tãti noĩs/cœ
piſti.Attica ꝓuincia:ubi quõdã Athenæ ciuitas ꝑcla/
riſſima/& mr̃ bonaꝝ oĩum/atqꝫ ꝑſtantiſſimaꝝ diſci/
plinaꝝ floruit/tibi ceſſit/Tu uero Trapezũtiũ impiũ
expulſo imꝑatore expugnaſti/Tu utriuſqꝫ myſiæ re/
gna ſuperioris/inferioriſqꝫ:/Tu pelopõneſum eiectis
dñis tibi gl̃ioſe ſubegiſti.Aſiæ uero minoris regna/
circiter duodecim tibi uindicaſti/Pontũ/Bithiniã/Ca
padociã/Panphlagoniã/Ciliciã/Pãphiliã/ Liciã/Cariã/
Lydiã/Phrygiã/Nicomediã/Niceã/Pruſam oppulen
tiſſimã urbẽ/præter hæc Ioniã/Dorim/Smimã/Colo
phona/Epheſum/Miletũ/Itẽ Alicarnaſũ/ Pergamũ/
Ilion/ Inſuꝑ Tanaym/& Tauricã regionẽ domuiſti/
Armeniã quoqꝫ maiorẽ ualido exercitu ingreſſus es.
Tu Raguſeos ſtipendiarios tibi effeciſti:Tu Chiũ &
Cohos tibi ſuppoſuiſti:Tu cõpl̃es urbes/& ciuitates
Parthoꝝ expulſo eoꝝ principe ad pactiones accipiẽ
das cõpuliſti/Tu Leſbon inſulã ꝑclariſſimã:foliã ue
terẽ/& nouã/Merlinũ regno tuo adiunxiſti.Tu Iaci/
ges/& uindelicos expugnaſti/tu domãi ꝓuinciã/q̃ ſul
tano paret:Euertiſti:Tu Eubœã inſulã/Tu Lariſſam
Cephaleniã/Tu Scãdeloriũ expulſo caramano cœpi
ſti:Tibi munitiſſima Croiæ urbs tandẽ in deditionẽ

uenit/ Tu demũ Macedoniã intraſti: Thraces euerti/
ſti: Tribalos deleſti: penes expugnaſti: Acarnanes/ atq;
Etholos ꝓpriis ſedibus expuliſti. Quid infinitos pe/
ne pplõs: quos fortiſſime deuiciſti/ cõmemorẽ? Illud
tñ dixiſſe nũc ſat erit: te uiginti ꝓuincias/ ducẽtaſq;
urbes ex manibus xp̃ianoꝝ (ut ſic dicam) extorſiſſe.
Præterea/ quia lõgũ eſſet/ quot principes/ quot duces:
quotq; reges macomethanæ ſectæ domueris: ꝓfliga/
ueris. enumerare/ in hoc tp̃s nõ cõterã/ Oĩa tuæ potẽ/
tiæ/ tuis expeditionibus adhuc ceſſerũt. Iã nõ ãplius
monumẽta priſca/ Cæſarẽ/ Scipionẽ/ Pyrrhũ: Hãni/
balẽ: & reliquos urbis Romæ: & exteraꝝ gentiũ du/
ces: tot laudibus in cœlũ efferãt. Oẽs tibi. & numero
p̃lioꝝ: & multitudine urbiũ/ & ꝓuĩciaꝝ captaꝝ abſq;
dubio cedere uidenť. Ottomanũ ꝓfecto nomẽ ad im
perandũ fatale eſt. Breui uniuerſus terraꝝ orbis ſub
iuga tua ueniet: gẽtes oẽs tibi parebũt. Id q̃d ad Sco
dræ expugnationẽ ꝑtinet nõ te tãtopere cruciet. Oĩa
mortalia: & humana (ut ſcis) nõnũq̃ noſtrã opinionẽ
fallũt: In his plerũq; fortuna dñať. Sed huius rei ſe/
curus eſto: fidẽ meã maieſtati tuæ obſtringo: modico
tp̃is ĩteruallo me elaboraturũ: ut ĩ tuã ditionẽ ueniat.
Nõne Croiã urbẽ tã mũitã: diuq; exoptatã nuprime
in tuã redegi ptãtẽ? Quod aũt deintegro Scodren/
ſem expugnationẽ aggredi uelis: nõ is ſum: q in hãc
ſnĩam deſcẽdã: Sed longe mihi alia mens eſt: aliuſq;
aĩus: nã tẽptare bellũ & ſuccũbere facile eſt cuilibet.
Vincere aũt/ & triũphũ de hoſte referre/ id pauci/ aut

rari facere nouerunt.Oportet.n.eũ qui de tã magnis/ arduiſq; rebus conſultat: ira/ atq; cupiditate carere. Scodrenſis uero amplius ad pugnã ꝓuocãdus nõ eſt: Fruſtra enim aduerſus eũ laboraremus:nã ſi cũ flo/ rentiſſima/recẽtiſſimaq; multitudine illũ expugnare nequiuimus/quomodo nunc cũ pauciſſimis/ & cum his/qui uiribus exhauſti/& debiles facti ſunt/uincere poterimus? Perluſtraui caſtra:tentoria ſingula exqui ſiui:nullũ repperi locum/nullũ tabernaculũ/quod ge mitibus ſuſpiriis/ullulatibus/& fletu uacet/ubiq; do/ lor:ubiq; mors/ omnia mœſta:omnia luctuoſa. Tri/ ginta enim milia/& amplius ex noſtris ꝓximo certa/ mine cecidere. Sauciati/& corrupti innumeri/nullus eſt/qui intactus ſit/nullus/qui ad rem gerendã montẽ cõſcendere audeat/Oẽs perterriti/& exanimati ſunt. A qbus.n.qũ ꝑcontarer Inuictiſſime prĩceps/quiſnã tantus terror eos inuaſerit:& quænã cã tã ferociſſi/ mos/atq; pertinaces in primũ cõgreſſum in fugã cõ/ uerterit/Aſpectus/Aſpectus Scodrenſiũ reſpõderũt: quoꝝ oculi ardere/ flagrareq; uiſi ſunt.Torui:atro/ ceſq; uultus/& ora furibũda hũc terrorẽ nr̃is incuſſe rũt:Quare ab oppugnatiõe deſiſtendũ eſſe arbitror/ Arte tamẽ/& cõſilio oĩa in oppidanũ expiũda ſunt: nã Scodra oculus eſt/& totius ꝓuinciæ caput/ac cœ/ teraꝝ urbiũ ſedẽ/& prĩcipatũ cõtinet.Ea nãq; impio Veneti ſenatus paret:Cuius qdẽ q̃tæ ſint uires terra/ mariq;:quãtæq; facultates/tuam maieſtatẽ nõ fugit. Soli enim Veneti tuæ poteſtati cõtinue reſiſtere:Soli

meumethanæ legi aduerſari audent. Ideo urbẽ hanc
robuſtiſſimo milite:machinis omnibus:ac tormẽtis:
cœteriſq; militaribus armis:rebuſq; neceſſariis egre/
gie munierũt. Sed ſuper oĩa quid de militibus Epi/
roticis referã? Quoꝝ plures præcipue ex multis de/
lecti hanc urbẽ acerrime tuentur:Sunt enim Epirotę Epirotarum laus
ſtirps generoſa:genus regale:ſanguis æacidaꝝ:In hu
manis rebus ſic inſtitutum eſt:ut unuſquiſq; ſemina
naturæ ſuę ſequatur:Animũ|& uigorẽ Pyrrhi:a quo
originem trahũt:adhuc retinent.Fuit enim Pyrrhus
(ut non ignoras) rex nõ ĩmerito inter primores:po/
tioreſq; Impatores celebratus:a quo quidẽ munera:
inſignia:& ornamẽta militaria fluxere. Docuit enim
primo caſtrametari:& in Italia romanis primus bel/
lo elephantos oſtẽdit.Hic eſt inquã ille Pyrrhus Epi/
rotaꝝ Imperator:qui milites inſtruxit:ut locũ caſtris
capent:cõmeatus expedirẽt:ab inſidiis cauerẽt:tẽpus
pugnæ eligerent:Aciẽ inſtruerẽt:ſubſidiis firmarent:
ꝗlis uir & oĩbus belli artibus:& pacis fuerit:plurima
antiquoꝝ monumẽta declarãt:nulli in certaminibus|
& prœliis ſecundus|Adeo ut belli fulmẽ merito dici
potuerit.Res igit̃ eſt nobis non cũ mollibus aſiaticis|
aut effœminatis gentibus|ſed cũ duriſſimis|indomi/
tiſq; epiroticis.Scodrenſis uero fortis eſt|& audax in
bello ſereniſſimę princeps|noſti robur|& animũ epi/
roticũ|noſti cor intrepidũ|& inuictũ|fera|atq; indo/
mita gens armis uinci neſcit|parere nemini uult|niſi
quẽ dominũ ſibi elegit.Imperiũ externæ gentis recu

ſati/fidē dño ſuo ſeruat/fidelitatis nomē ei peculiare/
hæreditariūq; eſt. Vnū habet regē/& imꝑatorē/ Vnū
ſemꝑ principē Venetū habere uult/alios reiicit. Iam
triceſimus fere agit̃ annus/ex quo cū epirota aſſiduū
bellū gerimus:quē nec domare/nec in ditionē tuā re/
digere poſſumus. Quāta aūt fuerit ſęuitia:quantaq;
crudelitas belli huius:qs ignorat? Iam iā ꝑagit̃ ānus:
poſtq̄ illū undiq; circūuallauimus:dies:noctesq; exco
gitando aſperrime oppugnauimus:muros urbis un/
decim craſſiſſimis tormētis:īteruallo triginta ſex die
rum oēs funditus excidimus. Omitto multa alia tor
mēta/machinas bellicas/omniū telorꝫ genera/globos
igneos/& quicquid in expugnationibus aliarꝫ urbiū:
nullus unq̄ excogitauit:hæc oīa in irritum cecidere.
Præterea quid potuit ſuperioribus certaminibus:aut
ui:aut robore:aut multitudine fortiſſimorꝫ militū ad
iungi:nihil intentatū omiſimus:nō calliditas ducum:
nō legionū impetus:& ardor in certamē acerrimum
defuit. Quid enumerē īnumerabiles ictus tormēto/
rum? Quid alia tela more denſæ grandinis in hoſtē
īmiſſa:nihil tñ horꝫ ſcodrenſes ab urbis cuſtodia de/
terruit? qn fortiores/& magis aīati ſemꝑ nobis aduer
ſis pectoribus occurrerit. Credo eqdē illos nō hūanis
uiribus:ſed diuina q̄dā ope initi. Credo eqdē(ſi fas ē
dicere)martis ꝓlē eſſe:nec alios mortales ſub ſole ro
buſtiores/ualidioreſq; reꝑiri poſſe. Hi.n.nr̃as copias
infinitas noſtrā uirtutē/tormēta oīa irrident:Et loco
ludibrii cuiuſdā hñt:nihil timēt. Vitā pro pr̄iæ defen

ſione exponere luſū putāt. Eā uerā| & ſolidā gl'iā eſſe exiſtimāt. Loco ſuo dū pugnāt: nō mouent'| ul' tuent' illū| ul' ibidē trucidant'. Vere ſunt uiri. Vere bellicoſi: Sūmis p̄miis| ſummis honoribus exornādi: toto orbe ſemp̄ celebrādi: & in cœlū ſūmis laudibus efferendi. Igit'| quos uirtus armoꝶ ſupare nequerit| īgenii uiri/bus expugnare tētemus: nā ſemel a parēte meo inui/ctiſſime princeps: dū me moribus| & diſciplina īſtrueret| hoc præclaꝶ dictū & accepi| & memini| qđ ſi quis pomū| aut adamāta ī medio ſtraguli ſtrati humi cape uelit| Ita ut p̄tes extremas ſtraguli ipſius minime tā/gat| neceſſe eſt| ut paulatī ab ultimis fimbriis uſq; ad pomū| uel adamāta paulatī inuoluat: donec illud facili manu tāgere poſſit. Nō aliter tibi faciūdū eē cēſeo| ut ſi Scodrā munitiſſimā urbē ī p̄tātē tuā redigere uelis| ut īprimis eam caſtellis pluribus circūualles: & ad obſidionē ipſius frequētē| & diligentē cuſtodiā adhi/beas: pōtē ſup̄ bolianā ualidiſſimū cōſtrui iubeas| ita ut utraq; in ripa turres ſint munitiſſimæ: Quo pacto urbes ꝓximæ capiēdæ ſūt loca finitima ſub iuga tua mittēda: Deinde facili negocio Scodra undiq; cincta & circūuallata in tuā ditionē ueniet: Eſt.n.: totius ꝓuinciæ caput: qđ iā quaſſatū| & debilitatū eſt. Cætera lo/ca| ueluti mēbra exhauſta| attrita| & ueluti manca oēs uires ſuas amiſerūt. Nonne ciues Croiæ domiti fame ſtatim in ditionē tuā uenerunt. Quare ſine ulla tuoꝶ cæde compos uoti eris.

Poſtquā Amathis ſnīa principi| uniuerſoq; cōcilio

Meume/this ab/ſceſſus| relicto ama thę cū copiis.

placuit|decretũ eſt|ut Scodrẽſis ãplius pugna nõ ue/
xaretᷣ. Tormẽtis|& machinis finis ĩponeretᷣ. Stati di
uiſæ ſunt urbes:mãdatũq; fuit ꝑfecto Aſiæ|ut cũ le/
gionibus ſuis ad expeditionẽ Driuaſti cõtẽderet. Præ
fecto uero nouę romę|ut Xabiacchũ peteret:qui qdẽ
prima luce pridie Klẽ. ſextiles cũ oĩbus copiis ſuis ꝓ/
fectus eſt:quẽ biduo multi alii eqtes cũ ĩpedimẽtis|&
ſarcinulis ſuis|& duæ cohortes Ianicarioꝝ|alięq; duę
aſappoꝝ ſequtæ ſunt|Poſtea uero quarto nonas Sex
tiles|biremes oẽs barbaroꝝ|q̃ ĩ boliana erant|lacũ cõ/
ſcẽdẽtes xabiacchũ uerſus nauigare cœpunt. Eſt aũt
xabiacchus oppidũ ĩ ripis lacus ſitũ|ĩ cõfinio dalma/
tiæ|nõ longe ab aſcriuio poſitũ:qđ qdẽ ſub ĩpio cu/
iuſdã reguli dalmatæ nationis erat|ĩ alta rupe poſitũ|
ſuapte natura munitiſſimũ|diſtãs fere quadragita mi
lia paſſuũ ab urbe Scodra. Tũc ipſe regulus aberat.
Sed geneꝝ ſuũ cũ aliis ſuæ ditionis uiris ꝓfecerat:q
aut metu|aut barbaroꝝ pollicitationibus inducti ſeſe
dederũt. Poſt deditionẽ qũ ꝓfectus ipſe oẽs ex oppi/
do eieciſſet|relicto ibi ualido ꝓſidio. Decimoſeptimo
Klen. ſeptẽbres cũ chortibus ſuis ĩ caſtra reuerſus eſt|
xabiacchi deditio turpis fuit. Sed Driuaſtẽſes fortio/
res|& cõſtãtiores fuerũt:hi.n.dũ ſcodra oppugnaretᷣ:
ſoliti erãt urbẽ diurno|nocturnoq; tpe exire:& barba
roꝝ ĩpedimẽta|turmaſq; eqtũ|cameloꝝ|ac iumẽtorũ
ſimul cũ gregariis militibus undiq; adoriri|eripe|atq;
eos captiuos ducere:caſtra ſæpenumero ĩuadeř:aliaq;
detrimẽta|ac dãna hoſti ĩferre:quæ cũ oĩa Ottomano

Deſcriptio Xabiacchi.

Deditio Xabiacchi.

principi relata eẽnt:Is ęgrefereẽs/minabũdus expecta
to tpe/quo ipſa iuuẽtus driuaſtẽſis urbẽ egrederet̃/ut
facilius eã expugnaret/pfectũ Aſiæ cum oĩbus copiis
ſuis tertio idus ſextiles ad expugnãdũ Driuaſtũ pmi
ſit:qui iterceptã/excluſaq; uirili robuſtiſſimaq; manu
xpianoꝝ extra urbẽ fixis/collocatiſq; tormẽtis idibus
ſextilibus muros urbis/qua pte debiliores/atq; expu/
gnatu faciliores erãt/diruere cœpit:q qũ itra ſexdeci
dies exciſi eẽnt.Princeps ipſe pridie Klẽ.ſeptẽbris ad
eius oppugnationẽ/q̃ poſtridiæ futura erat/ſeſe cõtu/
lit.Mane uero añ lucẽ/q̃ klen.ſeptẽbres erãt/Barbari
ſigno dato undiq; cõuolãtes/urbẽ fere ſine oppugna/
tore/& ſine obice muroꝝ/munimẽtoꝝq; facillime in/
greſſi ſunt.Nã circuitus eius magnus qdẽ eſt.Et iuuẽ
tus oĩs/qui circiter octingẽti uiri fuere/extra urbẽ(ut
iã dictũ eſt)excluſi fuerãt.Præterea hi/qui ĩ urbe erãt
acerbiſſima peſtis cõtagiõe indies abſumebant̃.Pau/
ci uero/qui hoſtẽ a muris arcere conati ſunt:ad unũ
cæſi ſũt.Reliqui capti ad trecẽtoꝝ numeꝝ quarto no
nas ſeptẽbris in caſtra adducti:iuſſuq; principis ĩ cõ/
ſpectu ſcodrẽſiũ oẽs pariter trucidati fuere.Poſtridie
inito cõſilio barbari decreuerũt pficiſci ad Lyſſum ex
pugnãdũ:qd nũc recẽtiores aleſſiũ nominãt:abeſt.n.
a ſcodra triginta milia paſſuũ:& a fluuio drino allui
tur:qui/ut nõnulli locoꝝ periti tradũt:Epiꝝ a dalma
tia diuidit.Eo nonis ſeptẽbris pfectus nouæ romę cũ
copiis pfectus/uacuã urbẽ/atq; deſtitutã incẽdio de/
dit.Inde reuerſus ad expugnãdã arcẽ driuaſti/q̃ ſup/

Expugnatio Driuaſti.

Cædes Driuaſtẽſium.

Cõflagratio Lyſſi.

erat. In ea circiter cẽtũ hoĩes erãt/qui fame cõpulſi ſe ſe dederũt/hi quoq; ſicuti cæteri ad internitionẽ ob trũcati ſunt. His.n.a barbaris ita pactis Ottomanus p̃cepit/ut reliqua ad obſidionẽ Scodræ accurate/dili/gẽtiſſimeq; appararẽt/& exequerent̃. Ipſe uero pſua/ſu Ahamathis relictis ĩgẽtibus copiis ad obſidionẽ ur bis/cũ reliquo exercitu Byzãtiũ redire cõſtituit. Itaq; ſeptimo idus ſeptẽbris ĩcẽſis nocturno tpe caſtris/ma ne añ ſolis ortũ cũ magno tubaꝝ/& diuerſi generis or ganoꝝ ſonitu/qũ duo ſigna maxima p̃miſiſſet/quorũ alteꝝ cãdidũ erat:alteꝝ uero rubeũ/compoſito/orna/toq; exercitu/ĩ quo ad quadragĩta milia hoĩum fuiſſe tradũt̃/ab urbe diſceſſit/Execrat⁹ oẽm regionẽ epiro ticã/oẽs ĩcolas/& oĩa loca ſigillatĩ/fruges/ſata/& qcqd ubiq; frugifeꝝ extaret. Añ oĩa ſcodrã urbẽ & oẽs eius & ciues/& habitatores:qđ qũ tot reges/tot principes/tot populos/facili/expeditaq; mãu ſubegiſſet/nuſquã tñ tãtas clades/tãtã ſuoꝝ militũ cædẽ/tm̃ dedecus/& ĩgnominiã accepiſſet. Ideo fortunã ipſam uehemẽter ĩcuſabat:quã qũ ſemp ꝓpitiã/& fauẽtẽ habuiſſet/in hoc tñ bello tã aduerſam/& ſęuã exptus fuiſſet/ut ſibi pſuaſum fuiſſet/hoc fuiſſe ueluti quoddã ꝓdigiũ uel ſui ĩpii/uel ſui ĩteritus. Nec hæc p̃dictio eũ fefellit:nã haud multũ tpis interceſſit:qũ ĩ expeditionẽ aſiaticã ꝓficiſceret̃/uitã cũ morte cõmutauit. Poſt lyſſum op pidũ cõflagratũ/& principis diſceſſum/ambo p̃fecti deintegro ad urbẽ cũ oĩbus copiis ſuis reuerſi ſunt: qui circiter quĩquaginta xp̃ianos ſecũ captiuos traxe

runt:quos ī quadā triremi nr̄a cæpant:quū iſulā ſup Drinone poſitā expugnaſſent:cuius ambitus ad ſeptē millia paſſuū extat.In qua multi mortales capti/qui ꝓpe urbē tracti/oēs obtrūcati ſunt. Deinceps pōtē in gētē/quē iā ſup Bolianā īchoauerāt/ad locū/qui Cathilina dicit̃/ꝑtraxerūt.Turres ad utrūq; littus iuxta pōtē exędificarūt:ne forte xp̄ianoꝶ claſſis ad urbis ſubſidiū illac ꝑtrāſire poſſet:quaꝶ alterā ultra amnē decimo quarto K.len.octobres/qū p̄fectus Aſiæ prior ꝑfeciſſet ad hibernacula cū legionibus ſuis ī aſiā reuerſus eſt.Præfectus uero nouę romę tardius turrim ſuā extruxit/nā breuiori itinere ad hybernacula ſua illi eū dū erat.Ad q̄/qū utrāq; turrim machinis/& tormētis bellicis muniiſſet:ſexto idus decēbris,ꝑfectus ē/Ahamathe ad obſidionē urbis cū quadragīta millibus ferme equitū relicto.At ſcodrēſes/qui ex tā p̄clara uictoria lætitiā īgētē cōcepant/poſtq̄ ſe undiq; circūuallatos eſſe uiderūt/quāq̄ primo aſpectu non paꝶ triſtati ſunt/q̄d poſt uictoriā ſolidā/& integrā libertatē adepti nō eſſent:tn̄ aīos nō deſponderūt:fræti tū diuino noīe/& xp̄i uero patrocinio:pro cuius ſincera fide tot calamitates ꝑpeſſi fuiſſent/tum diui Marci tutela/& Veneti ſenatus auxiliis:cui tā inuiolatā fidē obſeruaſſent.Veꝶ indies penuria reꝶ oīum in urbe creſcebat/panis/& aquæ tm̄mō copia ſuppeditabat.Sed his ſolis hoīes uitā cōmode minime traducere pn̄t:hi p̄ſerti quibus uires exercēdę ſint:& quos dies/nocteſq; ī ſtationibus armatos excubare oportet:nā ī principio ci-

Expugnatio inſulæ ſup Drinone.

Aedificatio pontis ſuper bolianam.

Penuria obſonioꝝ ac maxīa oppida/noꝝ ino/pia.

ues ſua oīa ad cōem uſum obtulerāt:quibus oppidāi largius/affluētiuſq; uſi fuerāt.Crediderūt.n.Ottoma/nū/ſi oppugnādo urbē cape nō poſſet abituꝝ cum oī exercitu.qđ ſi duriſſimā obſidionē ꝑuidiſſent/parcius res oēs diſpēſaſſent.Ita.n.ī urbe care obſonia uēdebā tur/ut uix ad uſum ægrotātiū maximo ꝓcio/& mul/tis ꝓcibus extorqri poſſent.Longū/& miſerabile eſſet enumerare quāta penuria/quātaq; fames oppidanos oppreſſerat/utq; neceſſitate coacti ueſci oībus rebus ī mūdis/& obſcænis cæpint/nō carnibus equoꝝ/nō ca nū/nō ſoricū/nō eoꝝ īteſtinis abſtinuerūt:terga eorū quoq; uel aquis tm̄mō molibāt/uel decoquebāt:& exi guo aceti liquore cōdiebāt.Fide carerē/ſi expōere uel/lē quāti uenierit mus exiguus/qti farcimina ex īteſti/nis canū cōfecta.Quid de ſūma penuria uini/olei/& aceti diluti referā:quoꝝ tenuiſſimus hauſtus īmēſo ꝓ cio/& ſupra fidē uēdebat᷑.Hac reꝝ oīum penuria/ac ſūma inopia quāq̄ xp̄iani uſq;(ut aiunt)ad extremū ſpiritū laborarēt:oīa tñ duriſſima ꝑpeti(quid.n.du/rius:qđue ꝑfecto acerbi⁹ q̄ eo qđ naturali aliquo ſen ſu appetit᷑ carere:idq; cōſequi non poſſe)& extrema expiri cōſtituerūt/potiuſq̄ ſe iugo ſæuiſſimi hoſtis ſu biicerēt.Nā nec cibi obſcæniſſimi/& humano uſui a natura ꝓhibiti/nec fames ultima/nec ſitis deteſtanda flectere aīos eoꝝ potuerunt.Agebat᷑ iā annus/ex quo urbs ī obſidione poſita fuerat. Et ecce decimo tertio Klē.ianuarias die dn̄ico Itali quidā ſub mœnibus ap paruerūt:qui Scodrēſes ſalutātes eis nūciauerūt ora/

torē Venetoꝝ adeſſe:qui pro pace īpetrāda ab Otto/mano Cōſtātinopolī ꝓficiſcebatᷣ:hortabanturq; eos ut bonū aīum hērēt:q̄ nō diu ī obbdiōe futuri eēnt. Iā Byzātiū petierat Ottomanus.Itaq; īter eū & Venetū oratorē fœdus pcuſſum eſt:qui cōpoſita pace pri die nonas apriles ad p̄fectū claſſis q̄ Bolianā cū claſſe īgreſſus erat rediit:Qui cōi cōſenſu lr̄as ad p̄torē urbis & ciues ſcodrēſes miſerūt:qui fœdus cū Ottomano Ictū eſſe ſignificarūt his cōditionibus ut Scodra Ottomano cederet ſaluis ciuibus & oībus coꝝ bonis & ut eis liberꝝ eēt uel ſub Ottomano degere uel abire quocūq; eos uolūtas ferret.Hoc qū accepiſſent fidiſſimi & religioſiſſimi ciues ī frequētē cōcionē iuerūt.Inter multas & uarias ſn̄ias illa melior & ſalubrior corpoꝝ & aīoꝝ ſaluti uiſa:ut tyrānidē Ottomani ſęuiſſimā deſererēt:& ſarcinulis collectis ſe Veneti ſenatus tutelæ cōmitterēt:ſub cuius īpio benigniſſimo ut hactenus ipſi uixiſſent & ſui maiores trāquillā & pacatā uitā traducerēt.Veꝝ ut ī eo aīo pſeuerarēt.Florius Ionima uigilū p̄fectus uir & belli & pacis artibus cōſpicuus.Cuius excubiis & uigiliis & ſollertia atq; īduſtria urbs Scodra plurimū cōtra hoſtes inualuerat in mediū ꝓdiit:& accuratā cōcionē habuit:qua ciuibus longe pſuaſit ut Barbaroꝝ iugū crudeliſſimū effugerēt eius hæc uerba fuere.

Aduētus Oratoris Venetoꝝ cū pace.

Neminē ueſtrū ciues optimi latere puto.Quā iniqua & iniuſta & intollerāda ſit barbaroꝝ dn̄atio:quorū natura efferata ē:& nos n̄ iuſtis de cauſis ſed odio

Florii Ionimę orōi

natiuo/& exitiabili pſequnt̃.Iam agit̃ annus triceſſi/
mus/ex quo nos exitiali pnitioſo/& aſſiduo bello exa
gitãt ſua ſponte/nõ laceſſiti:nõ ulla iniuria ꝓuocati/
agros nr̃os depopulati ſunt:oĩa diuina/& humana fœ
de cõtaminarũt/his malis/& iacturis nõ cõtẽti/inſup
ter urbẽ nr̃am & diris oppugnatiõibus/& duriſſima
obſidione cape/& excindere/& nomẽ noſtrũ penitus
ꝑdere conati ſunt/ſed nos diuino auxilio/& nr̃a forti
tudine ſemꝑ uictores euaſimus. Illi turpiter uicti cũ
maxima ſtrage/& ſuoꝝ cæde abierũt.Q uis explica/
re infandũ eoꝝ odiũ ĩ nos poſſet?Oĩa pollicent̃. Sed
nulla eoꝝ uerbis fides hñda. Oĩ rõne conarent̃ cupi/
ditatẽ ſuã exaturãdi odii explere.Nã tꝑe/quo Meu/
methes ipſe/qui nũc nos opprimere conatus eſt/cũ oĩ
bus copiis ſuis ad expugnationẽ Croiæ ueniſſet/quã
tũc ipſe.Ccanderbegius tenebat.Meumethẽ græculũ
nouæ romæ ꝑfectũ/cũ ſeptuaginta millibus equitũ
ad depredãdũ agrũ noſtrũ miſit:qui multa loca diri/
puit.Incẽdit/atq; deuaſtauit:cõplures xp̃ianos cũ ar/
mẽtis cæpit. Demũ urbẽ ipſam circũuallãdo hoſtili/
gladiatorieq; agmine ĩfeſto oppugnauit:cũ maxima
tñ clade/atq; ignominia a nobis depulſus abiit. Suc/
ceſſit deinde & aliud tetrius/acerbiuſq; bellũ cũ ipſis
barbaris/cui Sulimanus baſſa/uir quidẽ ſtrenuus le/
gionũ nouæ romæ/ĩpator tã potẽtiſſimo/tãq̃ cõpoſi/
to/atq; inſtructo exercitu ꝑfuit:q maximã pnitiẽ/atq;
calamitatẽ urbi nr̃æ ĩtulit/nã lõga/& dura nos obſi/
dione circũuallauit:coq; cõpulit/ut tria milia ex nr̃is

fœda/atq; horrēda ſiti extīgueret̃:quā̃q̃ & ipſe ēt gra
uiſſima clade accepta a nobis abiit. Nuperrime uero
Meumethes ipſe ualde īflatus/atq; ſuccēſus copiis oī
bus & uiribus ſuis ī nos irruēs uniuerſum ferme agꝝ
euertit:urbē noſtrā q̃arctiſſime undiq; cinxit:illāq; oī
ui/arte/atq; īgenio nō militi parcēdo/non ſumptibus/
neq; laboribus ānū fere diu/noctuq; oppugnauit. Tā
dē ipē ſuſcepta a nobis grauiſſima/multipliciq; ſtrage
mœſtus/atq; dolēs relicta urbe obſeſſa turpiter diſceſ
ſit:Nūc uero poſtq̃ fallax/pfiduſq; Ottomanus/q ſan
guinē noſtrū/liberorūq; nr̃oꝝ tāq̃ tygris truculēta ſiti
būdus appetit/cū urbe nr̃a ita potius eſt/ut de tot in-
iuriis/cōtumeliiſq;/q̃s a nobis ſemp paſſus eſt/ultionē
ſuſcipiat/nos pluris facere/caroſq; hr̃e diſſimulat:hor
taturq;/ac rogat:ne a pr̃ia/ne a laribus diſcedamus/ne
agros/& bona nr̃a/q̃ iā dudū aui/ꝑaui/atauiq; nr̃i tot
ſudoribus/totq; laboribus cōpararūt/tā facile reliqua
mus.Itaq; callidiſſimus/uerſipelliſq; hoſtis miſeratiōe
ſe moueri ſimulat/ſed ſub hac ficta ſpecie dolor.Inter
dū ſupprimit̃:& q ulciſci cupit/fronte obducta ultio
nē ſæuiſſimā parat:hoc ē/qđ barbarus īmanis machi
natur:occultis dolis agit/ut nos irretitos grauiſſimo
ſupplicio afficiat:& id/qđ ſemp ī alios/quos hoc pa-
cto ī fraudē īduxit/efficiat.Q đ ſi ſuis ex īſita īmani-
tate nō pepcit/Q uomodo nos/a qbus tot cędes/totq;
mala/atq; dāna paſſus eſt/īnoxios ſeruabit̃ abſq; du-
bio nos durioribꝰ tormētis afficiet.Ideo nullis parcit
blāditiis/ut qđ iā pridē de nobis concepit/ex arbitrio

ſuo expleat. Sed ubi fides? Vbi hūanitas? ubi aliq̄ ſal tē (ut aiūt) umbra īgenitæ miſeratiōis apud barbarꝶ? Q ui ſi poſſet mēbra nr̄a / nr̄orūq; liberoꝶ dētibus cō mādu caret: atq; dilaceraret. Arduū / & lōge difficile ē īter nos / & barbaros uitæ cōſortionē fieri: a qbus & fi de / & moribus / & natura lōge diſtamus: q ad ultionē ueluti ſæuiſſimæ feræ cōpellunť: Q uibus oculis nos ītuebunť: & nos uiciſſim eos: qū meminerit tot ſuoꝶ a nr̄is trucidatos. Q uid aī nobis erit: cū parētes no/ ſtros / aut fr̄es / aut liberos crudeliſſime ab ipſis cæſos ī memoriā reuocabimus? quo tādē ſtomacho hoſtis ho ſtem cōtueri poterit? nōne bilis turgeſcet? totūq; cor pus horreſcet: qū urbē noſtrā mœnibꝰ undiq; / tēplis / atq; ędificiis deformatā cōſpiciemus? hoc nō oblr̄atū eē debet / domos ſolo ęquaras: agrū oī ex pte uaſtatū / atq; deſolatū: uineas / & arbores cæſas: ſegetes depopu latas / atq; īcenſas: culta oīa cōbuſta / atq; penitus ſub/ uerſa / accedet / maioris doloris / & īdignatiōis cā. Q uo aīo barbaros ouātes īgredi urbē noſtrā ītueri poteri/ mus? q domos nr̄as cōmode hītabūt: nos uero dereli/ cta urbe ī agris hūiles caſas / & tuguria more paſtoꝶ extrueř cogemur. Vix foro nr̄o cōi / tēplis / ſepulchriſq; maioꝶ nr̄oꝶ carebimus. Q uid qū myſteria ſacrata religiōis nr̄æ tāq̄ ſurdi / & muti abſq; ullo ſonitu acce demus? Nōne cor eoꝶ / q fideles ſunt: magnope diuel/ leť / afflictabiť? Q uæ p̄terea cū barbaris nobis uitæ cōmercia eſſe poterūt? nō mos idē / nō rō / nō oſo / nō le ges / nō iura / nō inſtituta / nō eadē religio / nō legittima

cõnubia. Q uid dicã de uictu? de hĩtu? de cõſnetudĩe quotidiana? de cõciliabulis? de amicitia/ac familiaritate:a qbꝰ ĩ his rebꝰ tm̃ diſtamus/qtũ hoĩes a belluis. Nã qũ antiqſſima iura/& æqtatis/& cõtinẽtię oẽs gẽtes ſemꝑ obſeruauerint:ſempq; corporeas uoluptates pr̃imũ deteſtatæ ſint/hi leges nephãdas ꝓmulgarũt:qbus oĩa ſummę turpitudĩs plena ſibi ꝑmiſerũt/nõ ſtupra/nõ turpiſſimę corꝑis uoluptates/nulla deniq; flagitia ab illis ꝓhibẽt᷑. Meumethẽ illũ oĩs diuini/& humani iuris nephãdũ auctorẽ ſequũt᷑:q ab orbe cõdito unus ĩuẽtus eſt/q oẽm religionẽ/oẽs uirtutes extermĩauerit:& oĩa flagitia/& ſcelera ĩduxerit:nihil ergo a belluis differũt:quin peiores hñt᷑:qa illę tm̃ naturæ ꝑſcripto detinent᷑/hi uero ſenſu/& appetitu efferato ĩ oĩa nephãda ꝑcipites eunt. Q uapꝑ o ciues mei amãtiſſimi/ſi nõ uobis/ſaltẽ liberis/atq; poſteris ur̃is cõſulite:ne eos oĩno ꝑdatis:nã uicinitate/ac cõtagiõe morbi cõtrahũt᷑:corꝑa ĩficiũt᷑/ꝑeũtq;. Patiemini ne filios ur̃os ĩ tãta labe/uitioꝝ corruptiõe/morũq; diſſolutiõe ali/educariq;? Creditis ne uos ĩ tã graui peſte/ac ſcelerũ ſentina eos bonos/ꝓboſq; euaſuros? Vultis tãdẽ & uos/& eos una/& aĩa/& corꝑe/interire? Fugit ne uos o Patres & aliud tetrũ/horrẽdũq; barbaroꝝ flagitiũ? Eos xp̃ianoꝝ infantes/atq; impuberes a matrũ cõplexu rap̃e:Et ab oculis/præſentiaq; parentũ aſportare? uxores ĩ cõſpectu maritoꝝ uiolare? filias corrũpe? Viros utcũq; libuerit uexare? In ſeruitiũ trahere:& illos tãq̃ pecudes hr̃e? Q uis.n.his hæc ꝓhibebit? Q uis eoꝝ

rũ uim cõpeſcet? Apud quẽ cõqueremur? Q uẽ iudicẽ adhibebimus? Cuius auxiliũ opẽue ĩplorabimus? Ipſi uero rei & ipſi iudices. Erit certe pro rõne uoluntas. Q uãobrẽ o ciues o matronæ o pueri dũ licet moras tollamus: fugiamus infœlicẽ miſeráq; pñiã crudelẽ & pditã gẽtẽ fortaſſe aliqs ueſtrũ occurreret quonã uertamus iter? Q uo nos cõferamus. Q uis nos recipiet? Q uis opitulabit? In his non deſpandũ: nã qũ ſimus orthodoxæ fidei obnoxii: chriſtũq; pfiteamur: pro cui⁹ fide catholica tã diu pugnauimus: tãtas ſtrages & calamitates paſſi ſumus nihil eſt qđ ſperare nõ debeamus: qa deus ĩmortalis iuſtos nũq̃ deſerit. Prætere a nobis occurrat diuus Marcus: quẽ piis pcibus ueneramur: colimus: in cuius tutela nos maioreſq; nñi ſemp fuimus: eiuſq; pias partes ſectati ſumus: Ab ei⁹ repub. nũq̃ defecimus: pro ea tã diu ĩ aſſiduis barbaroꝝ bellis elaborauimus: tot & tãta ppeſſi ſumus. Nã poſtq̃ ĩ ſenatus Veneti ditionẽ ſponte uenimus tot arma hoſtilia tot ĩcurſiones tot bella atq; obſidiões nos maioreſq; nñi paſſi ſumus ut nullo pacto Venetũ ĩperiũ relinqueremus: qa nũquã alterius dñationẽ ſenſimus. Primũ.n. Balſa ĩ agrũ noſtrũ irrupit: q utriuſq; myſſiæ græciæ & totius nouæ romæ ĩpiũ tenebat urbẽq; noſtrã ĩ deditionẽ petiit: cui qũ maiores nñi ſe dedere noluiſſent eos longa obſidione oppreſſit. Sed tãdẽ ipſo mortuo urbs ab obſidione liberata ẽ. Deinde princeps ille ſtephanus pfectus a finibus ĩferioris myſiæ ĩgẽti multitudine urbẽ undiq; cinxit ſed poſt tres

mẽſes ipſe ab urbe diſcedẽs Maſerechũ quedã copiis ſuis p̃fecit:q duos annos ciuitatẽ noſtrã opprimẽs ob ſeſſam tenuit:& iã extrema rerꝝ inopia laborãs ſe dediſſet:niſi interĩ maximus exercitus ex finitimis gẽtibus/& totius ꝓuintiæ pp̃lis coactus fuiſſet:q caſtra hoſtiũ aggreſſus ita fudit/& ꝓfligauit/ut ipſe Maſerechus uix cum pauciſſimis euaſerit. Poſtea georgius uuchus ipſius Stephani nepos ĩnumeras copias cõtra nos duxit:q urbẽ oppugnãs circũuallauit:q tãdẽ icto fœdere cũ principe nr̃o diſceſſit. Multis poſt ãnis ioãnes regulus ſupradicti Balſę cõſobrinus:q qũ diutius antea cõmoratus fuerat/ſe in Apuliã cõtulit. Deinde quorũdã regulorꝝ ſuppetiis Epirꝝ intrauit:urbiq; nr̃æ bellũ ĩferre cœpit/ſed e regno expulſus uix in dauniã euadere potuit. Poſt Stephani interitũ iterꝝ Georgius eius nepos ĩ Epirꝝ rediẽs aduerſus urbem nouũ bellũ excitauit/ſed ſtatĩ cũ eo fœdus ictũ eſt hac lege/ut in eius ditionẽ Antibariũ/& Driuaſtũ ciuitates cederẽt/ Nõ multo poſt hos Dux ſtephanus ipſius balſę ſocer ex ſupiore myſia ꝓfectus ingẽti numero militũ totũ agrũ diripuit/atq; incẽdit/ſed demũ cũ toto exercitu profligatus amiſſis Antibario/Driuaſtoq;/uniuerſoq; agro turpiter aufugit. Poſtremo uero tp̃ibus nr̃is Altomanus cũ ĩgẽti multitudine nos ĩuaſit:qui qũ agrũ depopulatus eſſet:& bolianã traieciſſet/fugatus a nr̃is ꝓpe oppidũ/qd̃ Suaciũ uocat̃ cũ fratre ſuo captus/ Venetias uinctus miſſus eſt. Nõ omittã Scãderbegiũ quẽ Epirotarꝝ principẽ una cũ maioribus ſuis ĩ ãnos cẽtũ ĩ Macedonia/ & Epiro regnaſſe ferũt/Hic ẽ ille/

q toti& tāta pclara facinora p fide catholica aduerſus turcas geſſiſſe dr:qũ ętatei& uiribus floreret collecta magna multitudine militũ ĩ agrũ ſcodrẽſem irrupit: & urbẽ uexare cœpit: ſed tãdẽ cũ ſenatu Veneto fœ/dus iniit:& totius puinciæ ĩpator declaratus: ciuitate Veneta donatus eſt. Pręterea Lechas Duchainus diu/turno bello urbi ĩfeſtus fuit:& poſt uarias cędes ĩ ęq̃s pactiones deſcẽdit. Acerbior poſtremo peſtis ĩ nos ĩ/petũ fecit: Nã uiginti octo anni agunt:ex quo Otto/manus nos aſſiduis ĩcurſionibus: & bellis uexare cœ/pit. Quot clades: quot uulnera: quot dãna paſſi ſum⁹ longũ pfecto eẽt pcenſere. Quare pr̃es gratiſſimi: qũ toti & tãta pro fide catholica: & pro Veneto ĩpio nos: maioreſq; nr̃i ppeſſi ſumus: uitã intrepide expoſueri/mus:& tãdẽ pr̃iã: liberoſq; pariter amiſerim⁹: lęto aĩo hilariq; fronte ad ſanctiſſimũ xp̃ianoꝶ cœtũ pficiſca mur: antiquã: urbẽ: rimãq; Italiã: terrã omniũ terraꝶ alũnã: eãdẽq; parẽtẽ numine deũ electã: Venetias om niũ bonoꝶ portũ ſaluberrimũ: urbẽ terraꝶ prĩcipẽ: fi dei: paciſq; domiciliũ tutiſſimũ petamus: quę ut diui no numine fundata eſt: Ita ppetuũ impiũ hĩtura. Ibi nos maxĩa p̃mia: maxĩaq; mũera expectãt: Ibi aurea corona nobis parata ẽ. Cõferamus nos tute: ĩtrepideq; ad beatũ Marcũ pr̃onũ: & ptectorẽ nr̃m: Ad quẽ oẽs feſſi: & miſeri cõfugere cõſueuerũt: q neminẽ reiicit: nemini ad ſe pficiſcẽti iter p̃cludit: ſed oẽs: & p̃ſertim de ſe bñmeritos bẽigniſſime ſuſcipit: ac oĩ ope fouet: ãplectit̃. Poſtq̃ Florius Ionima frequẽti ĩ cõciõe ſic orauit: Scodrenſes magis atq; magis cõmoti atq; p/

Abſceſſus Scodren/ſiũ ex pr̃ia

ſuaſit:in hãc ſnĩam pariter oẽs deſcẽderũt:ut urbẽ/pa
triãq;(& ſi aſpeꝝ/graue id eẽt)deſererẽt:q̃ duriſſimũ/
ĩmaniſſimũq; barbaroꝝ iugũ ferrẽt. Itaq; ut Veneto
oĩno parerẽt ĩpio:Cui ſemꝑ & ipſi & maiores eoꝝ in
uiolabilẽ fidẽ obſeruarũt:& tãq̃ diuinũ quoddã nu/
mẽ uenerati ſunt:certi de ĩcolumitate ſua/atq; ſecuri
ab hoſtiũ ĩſidiis facti/qbus nũq̃ fides:ne ĩ cędẽ/& pni
ciẽ eoꝝ qcq̃ moliti eẽnt:datis ab his obſidibꝰ:quo Sco
drẽſes iter tutũ/ĩcolumẽq; exitũ hr̃ent/urbẽ barbaris
ceſſerũt.Qui eã ſtatĩ admodũ ouãtes ſũmo cũ plau/
ſu/ac lęticia ĩgreſſi ſũt/ubi erectis ſignis/& uexilis un
diq; totã ꝑuagãtes uariis organoꝝ gñibus/& ſonis:ꝑ
uoluptates(ut moris ẽ) effuſi/de urbe potita iactãtes
in ĩgẽtẽ lęticiã ſe extulerũt.Scodrẽſes uero urbe/pa/
triaq; relicta:oẽs una cũ ſarcinulis ſuis/& ſupellectile
ad claſſem Venetoꝝ:q̃ ab urbe ad qnq; millia paſſuũ
aberat:ſe tuti recepũt:q rebus oĩbꝰ:q̃ illis ad huiuſce
modi nauigationẽ opus erãt ſe ꝓmunierũt:& oẽs pa
riter nauigia cõſcẽdẽtes e portu ſoluerũt.Qui tũ uel
lo/tũ remis(ut aiũt) ĩ latiũ tetẽderũt/& ĩ ſinũ clemẽ/
tiſſimũ:piẽtiſſimũq; Veneti ſenatus ꝓfugerũt.Pro cu
ius dignitate/ſctĩſſimoq; ĩpio tãdiu acerrime pugna/
uerãt/opes ſanguinẽ/parẽtes/liberos/patriã/uitãq; de/
uouerãt:Cuius auſpitio infeſtiſſimũ hoſtẽ deuicerãt.
Sub cuius umbra ad mortẽ uſq; dies fauſtos lætoſq;
ducerẽt:Apudq; illos tãdẽ laudabilẽ pro uiribus ſuis
uitã finirent. Finis.

Impreſſum Venetiis ꝑ Bernardinũ Venetũ de Vitali/
bus.Anno Dñi.M.CCCCC.IIII.Die.X.mẽ.Iañ.

Fr. Baptista Carmelita Agelariorum li. 6.

Scodra lacu Lenona sedet. Scodra inclyta bello
Thraceio et nulli armorum virtute secunda
Sed modo Turcorum patitur iuga dura Tyranni.
Illuc militiae robur contraxerat omne
Turcus ab Ætolia Phocide. et ab Hellade tota
A Ponto: a Galatis: Cilicis. Lyciisque. Phrygisque.
Et canis Hyrcani illustratura remis.
Nec maiore patrum Xerxem venisse tumultu
In Graecos circa fauces maris Hellesponti.
Scodra nihil perdens ea barbara castra sedebat
Tuta superbis montibus: tuta ac ipse Christo.
Tuta viris: quotiens portas ad moenia nobis
Admovere hostes: totiens per saxa ruebant
Praecipites pulsi ferro. atque trabalibus hastis.
Vertice de summo montis. de turribus altis.
Non poterat telluris hiatus absorbere: cadaveris
Ibat in amnem cruor / quem de colle rubentem
Per devexa viae subiecta in castra fluebant
Nulla fames urbem: nullus potuit labor
Immensus. omni demum certamine victrix
Desperare hostes: atque obsidione solutam
Saepius infestis cogit discedere rebus.
Ut venit longo attonitis discrimine / patrum
Urbe crucis data / remeant ad regna. Senatus
(Nautarum exemplo: cum tempestate laborant)
Effundunt onus: sparsisque per aequora merces.
Sic perhibent Fabricium: quotiens per pontica vires
Se videt urgeri ventis: cadendisque sequacibus
Solvere se potius: obsignatisque voluntque portis

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

T

Din